EMENDATIONES

LIVIANAE.

SCRIPSIT HENR. ALANUS.

DUBLINII:

APUD HODGES, SMITH, ET SOC.

LONDINII, ITEM EDINAE, APUD WILLIAMS ET NORGATE.

MDCCCLXIV.

EMENDATIONES

LIVIANAE.

SCRIPSIT HENR. ALANUS.

DUBLINII:

APUD HODGES, SMITH, ET SOC.

LONDINII, ITEM EDINAE, APUD WILLIAMS ET NORGATE.

MDCCCLXIV.

DUBLINII:
TYPIS EXPRESSIT M. H. GILL,
ACADEMIAE TYPOGRAPHUS.

PRAEFATIO.

Non sane licet mihi de editione quidem Livii suscipienda cogitare. At "Est quadam prodire tenus si non datur ultra." Quid vetet in aliquot certe locis emendandi vias tradere et (si modo quis posthac editurus volet accipere) quasi symbolam quamdam porrigere ad editionem? Sed multos annos in uno Cicerone defixus Livium non attigeram. Tandem aliquando volui etiam alia lectione aliqua admixta quasi animum recreare. Et tum quidem nihil prius potiusve videbatur, quam ut ad T. Livii jucundissimas narrationes me revocarem. Quas non potui ne animi quidem causa ita peragrare, ut non pro consuetudine mea obiter aliquid periclitarer emendationis. Tentamina mea quomodo mihi cesserint, lectori copiam facio judicandi. Non arbitror esse me omnes meas emendationes omnibus lectoribus probaturum, satisque habendum mihi erit, si idoneis judicibus videbor satis saepe veritatem assecutus. Et, ut defuerint vires, "tamen est laudanda voluntas."

Scriptis autem emendationibus meis delenda* putavi si quae comperi jam ab aliis esse occupata. Spero nihil hujusmodi me fugisse. Sin quid erit deprehensum, jam ante profiteor paratissimo me animo esse ad suam cuique laudem reddendam: quippe nihil a moribus meis remotum magis, quam velle alienis opibus crescere.

Haec igitur habui hoc tempore, ad jucundissimum historicorum emendandum quae quasi in transitu conferrem: quo cum haud sane me piget tot post annos quasi in gratiam rediisse.

* Non necesse habui delere quod scripseram ad xxvii. 5. 6. Nam, quod etiam addidit Madvigius *datam*, eo loco addidit (post *a consule*), ubi non ita facile poterat excidere.

Dublinii: Cal. Septembr. MDCCCLXIV.

(*Parantur*)

OBSERVATIONES IN Q. CURTIUM RUFUM.

HENR. ALANI

EMENDATIONES LIVIANAE.

i. 1. 3. "et* in quem primum egressi sunt locum, Troja vocatur, . . . gens universa Veneti adpellati."

* Recte Drak. in parenthesi accipi haec voluit; sed frustra idem in parenthetica copula haesit: qua nihil Livio usitatius. Cf. inf. 6. 3., ix. 28. 5., xxi. 12. 7., 54. 9., xxii. 1. 19., xxiii. 1. 6., 44. 7., xxiv. 7. 3., xxv. 8. 9., 17. 4., 25. 5. (ubi vide), 30. 2., xxvii. 1. 2., 9. 1., 11. 14., 48. 6., xxviii. 2. 4., 37. 5., xxix. 3. 8., 23. 4., xxx. 3. 6., 4. 10., xxxi. 45. 15., xxxii. 11. 9.

— 3. 9. "Agrippa inde Tiberini filius*."

* *f. T.* Helm. 1. Ergo fortasse delendum nomen *filius*; quod saepissime apud Livium subauditur: vidd. Gronov. ad xxviii. 12. 13., Gebh. et Drak. ad xxxvii. 18. 1. Adde inf. ad ii. 6. 6., xxxiv. 52. 9.

— 4. 9. "pastoribusque rapta* dividere."

* Fort. *parta:* cf. x. 39. 4., "praeda opulenta . . . *parta;*" xxii. 20. 9., "majore . . . praeda *parta.*"

— 5. 6. "sciscitandoque eodem* pervenit, ut haud procul esset quin Remum agnosceret."

* Divisim scribendum censebat Lipsius quidem *eo dein,*

Crevier. autem (quomodo etiam codd. duo) *eo demum.* Ego distinctionem paulo majorem post *pervenit* censeo ponendam. Interpretor autem :—sciscitandoque ea tulit responsa, quae eodem perducerent, quo jam conjectura ipsius ducebat; adeo ut—. Et notandum *perveniendi* verbum de judicio animi.

— 6. 4. "qui nomen novae* urbi daret, qui conditam imperio regeret."

* Mallet quis *condendae.*

— 7. 9. "rogitat, qui vir esset* ? Ubi nomen patremque ac patriam* accepit—."

— Suspicor excidisse versiculum[a] archetypi codicis :— *qui vir esset* [*et unde venisset*]. Nunc enim plus respondetur, quam interrogatur. Cf. 1. 7., "percunctatum deinde, qui mortales essent, *unde* . . . profecti domo;" xxiii. 34. 5, "quum quaereret, qui et *unde,*—." Virg. *Aen.* i. 369., "Sed vos qui tandem, *quibus aut venistis ab oris ?*" et viii. 114., "Qui genus? *unde* domo ?" Cic. *de Rep.* ii. 3. 6., "qui sit aut *unde veniat.*" Curt. vii. 8. 34.

— 9. 5. "simul spernebant*, simul . . . metuebant."

* Edd. vett. *simul omnes spernebant.* Scribe *simul origines spernebant.* Cf. Praef. § 4., "haud dubito, quin primae *origines* proximaque *originibus* minus praebitura voluptatis sint;" et § 7., "si cui populo licere oportet consecrare *origines* suas."

---

[a] Saepe infra videor versiculum integrum desiderare. Quot autem literulas soleret versiculus antiquissimorum codicum, quot plurimum, quot minimum capere, novimus nunc ex fragmento illo nobilissimo libri XCI.

— 9. 9. "mirantur, tam* brevi* rem Romanam crevisse."

* Nihil mirabile habet per se quidem *crevisse*, nulla modi addita significatione; magisque profecto id mirum fuisset, si non aliquantum crevisset. Scribendum ergo *tantum brevi*. Cf. xxi. 7. 3., "in *tantas brevi* creverant opes." Sallust. *Cat.* 7. 3., "civitas . . . *quantum brevi* creverit." Nisi malis *tantum tam brevi*.

— 9. 11. "ut in quem* quaeque* inciderat."

* Variant codd. *in quemque, in quemcumque*. Fort. *ut in quemque quaeque*. Cf. Cic. *de Off.* iii. 17. 70., "quid *quemque cuique* praestare oporteret." Pro *inciderat* autem mallem, ut in re etiam atque etiam repetita, *incideret*. Cf. ii. 38. 1., "ut quisque *veniret*;" iii. 18. 10., "ut quisque liber aut servus *esset*;" xxi. 28. 5., "ut quemque . . . *destitueret* vadum;" et 42. 3., "ut cujusque sors *excideret*;" xxvii. 17. 9., "ut cujusque populi fines *transiret*;" xxxiv. 38. 6., "ut quisque maxime *laboraret* locus." Vid. Zumpt Gr. § 569., item ad Curt. p. 221.

Ibid. "quasdam . . primoribus Patrum destinatas, ex plebe homines*, quibus datum negotium erat*, domos deferebant."

— Post Patrum mentionem abundare videntur ista *ex plebe homines;* adde quod jam de juventute Romana instituta narratio est. Quibus omissis exsistet in illis *quibus datum negotium erat* circumlocutio quaedam indefinita, qualem in Sallustio fecit Cortius *Cat.* 55. 5., "*quibus praeceptum erat*," omissa declaratione *vindices rerum capitalium;* ubi licebat Viro Doctiss. addere alterum Curtii locum x. 4. 2., Aurel. Vict. *de Orig. G. R.* 20., ipsum Livium nostrum ix. 23. 13., "*quibus imperatum est*."

— 10. 1. "quod maximum Tatii* nomen in his regionibus erat."

* *Tatio* Haverk.: fort. *Tatius*. Vide ad xxi. 39. 8.

— 12. 5. "fugamque foedam* siste."

* Probo in Voss. 2. omissum *foedam*.

— — 6. "tua praesenti* ope."

* Fort. *praesentis*: cf. xxxvi. 7. 5., "vim tuam *praesentis* . . experiri." Dii autem praesentes adsunt proelio vii. 26. 7. et 8.

— 13. 2. "dirimere infestas acies, dirimere* iras."

* Fort. *demere*.

— 14. 4. "nimis vicinas prope* se* convalescere opes rati."

* *nimis vicinas pro re sua?*

— 14. 10. "multoque effusius (quippe vera fuga) qui* simulantes paullo ante secuti erant, oppidum repetebant."

* *quam* cod. unus, quod etiam conjecit Gronovius. Fort. *quippe vera fuga, fugam qui*—. De postposito relativo ad xxiv. 5. 11—13. Ceterum ad *veram fugam* adhibe vi. 24. 11.

— 15. 1. "irritati Vejentium animi* . . . in fines Romanos excucurrerunt."

* Scheller. *Obss.* p. 254., "Locus hic non cohaeret. *Animi Vejentium — excucurrerunt populabundi?* Quis ita dicat?" Itaque interpungi vult vel post *animi* vel post *stimulabat*. Frustra. Quippe animi Vejentium sunt ipsi Vejentes : vide nos ad Cic. *Cat. M.* 23. 82. n. 30. Eodem-

que modo iterum Livius hoc ipso capite § 8., "longe ante alios acceptissimus *militum animis;*" et ii. 34. 6., "conterritis *hostium animis.*"

— — 4. "ulciscendi magis, quam praedae*, studio."

* Ita distinguit Drak. quidem, ut bis utendum *studio* sit, ad utrumque genitivum revocandum. At ego malim sic intelligere:—ulciscendi magis (*causa*), quam praedae studio. Vide nos ad Sallust. p. 171 b; add. Oudendorp. ad Caes. *de B. G.* iv. 1. 4., Lipsius ad Tacit. *Hist.* iv. 25.

— 17. 2. "inter ordines* certabatur: oriundi ab Sabinis . . . sui corporis creari regem volebant; Romani veteres peregrinum regem adspernabantur."

* Quales isti ordines? An civitatis? Patres, equites, plebem? Non credo. Immo inter *origines*, sc. duas, Sabinam et Romanam; inter hinc atque inde ortos.

— — 7. "nec ultra nisi regem*, et ab ipsis creatum, videbantur passuri."

* *Nec ultra regem* Flor. a m. 1.; *regem ab ipsis* Veith. Scribe *nec ultra nisi regem et regem ab ipsis creatum.*

— 18. 2. "quae fama in Sabinos* . . . quemquam . . . excivisset?"

* Fort. *in Sabinis.*

— — 5. "Patres Romani, quamquam inclinari opes ad Sabinos, rege inde sumpto, videbantur*, tamen —."

* Cur non *videbant,* sc. ipsi Patres? Nam de praesenti *inclinari* pro futuro vidd. J. M. Heusinger. ad Vechneri *Hellenolex.* p. 246., Zumpt. ad Cic. *in Verr.* p. 565., Halm. ad Cic. *in Vatin.* p. 71., C. Heusinger. ad Cic. *de Off.* ii.

23. 7., Ochsner. in Indice p. 485., Scheller. *Obss.* p. 145., nos *Animadvv. in Fronton.* p. 19.

Ibid. "neque se quisquam nec factionis* suae alium."

* Factionis! Nonne recte negavit Livius 17. 1. isto tempore factiones exstitisse? Nisi putamus, id quod veri haud dissimile videtur, in interregno natas esse factiones.

— 19. 1. "jure* eam legibusque* ac moribus de integro condere parat."

* Nihil infra Livius de *jure*, nihil de *legibus*. Constituisse autem Numam etiam jura civilia neque religiones tantummodo nuper monuimus (*Obss.* a. 1863. p. 17.) ad locum Ciceronis *de Legg.* i. 5. 17., "in quibus ne nostri quidem populi (scribe *Pompilii*) latebunt quae vocantur jura civilia." At plane mirum est, de proposito Numae agentem Livium ejus rei, quae in proposito isto praecipua pars fuerit, nullam habere rationem, de consilio religione ac metu Deorum animos hominum imbuendi non quam primum facere significationem. Mirum si in unius religiosissimi regis, unici religionum conditoris tradito regno nusquam ipsarum religionum nominatim facta mentio est. Videndum ergo ne non pro *legibus* reponendum sit *religionibus*. Cf. Cic. *de Rep.* v. 2. 3. "Illa autem diuturna pax Numae mater huic urbi *juris et religionis* fuit." Leges autem scriptas dederit Numa necne, obscura quaestio est: vid. Osann. ad Cic. *de Rep.* p. 338., seq.; ubi fortasse scribendum:—"qui legum etiam scriptor fuisse *traditur peritissimus.*"

— 20. 2. quia . . . plures Romuli*, quam Numae, similes* reges putabat fore."

— Poterat commode per pluralem translatitium Livius: *plures Romulos quam Numas reges—*; sicuti etiam singulari

translatitie utitur 32. 4., "temporaque esse *Tullo* regi aptiora, quam *Numae*;" i. e. regi qui Tullo esset similis, quam qui Numae.

— 21. 1. "ut fides ac jusjurandum, proximo* legum ac poenarum metu, civitatem regerent."

* Recte eatenus Drak., optimorum codicum lectionem quod reduxit: quam frustra Schellerus *Obss.* p. 256. sensu omni censet carere. Quippe optime Weissenborn. ad ablativum absolutum contulit Horatianum "tu *secundo Caesare* regnes." Et quidni ad ipsum adjectivum eumdem Horatium interpretem adhibeamus? "Nec viget quidquam simile aut *secundum*: *Proximos* illi tamen occupavit Pallas honores." Sic ergo intelliges:—ut legum ac poenarum metus, non utique secundus ille quidem sed longo intervallo proximus rector esset civitatis.

— 23. 9. "Memor esto, . . . has* duas acies spectaculo fore; ut fessos confectosque, . . . adgrediantur."

* Immo, opinor, *his*; sc. Etruscis; ut hinc mox in illis "ut . . . *adgrediantur*" nominativus ducendus sit. Neque vim pronominis nomen numerale requirit: cf. 2. 5., "fretus . . . animis . . . *duorum* populorum;" 24. 1., "Forte in *duobus** tum exercitibus erant—;" i. e. *iis* duobus: et 25. 1., "in medium inter *duas* acies procedunt. Consederant utrimque pro castris *duo* exercitus:" adde inf. iv. 32. 4., v. 31. 6., vi. 42. 5., vii. 8. 1., 10. 6. et 9., viii. 16. 2., ix. 27. 10., x. 27. 8., 29. 6., 36. 2., 43. 9., 44. 3., xxi. 2. 7., 52. 3., xxiii. 16. 5., xxv. 18. 9., 22. 2., 27. 10., xxvii. 48. 11., xxix. 32. 11., xxxiv. 5. 8., xxxvii. 41. 12.

— 25. 5. "quum jam non motus tantum corporum . . . sed vulnera quoque et sanguis spectaculo essent*."

* Mallem *esset:* cf. xxv. 14. 9., "quos vires sanguisque desereret;" et 26. 9., "quotidianaque funera et mors ob oculos *esset*."

— 25. 6. "Romanas legiones jam spes tota, nondum tamen cura deseruerat, exanimes* vice unius, quem—."

* Non alibi, opinor, dixit Livius *exanimes* translate, quasi metu exanimatos. Et, si maxime dixisset, tamen nimium hoc loco videtur *exanimes* post illa, "nondum tamen *cura* deseruerat." Aliud autem quiddam habuit initio cod. Haverk., postea rasuram passus. Ergo fortasse reponendum, id quod melius *curae* nomini respondeat, *anxias* vel *anxios:* cf. viii. 35. 1., "suam jam *vicem anxios*." (Jam nostro loco legendum *vicem* monuit Gronovius.) Neque ultra anxietatem, opinor, cura procedit: cf. inf. 56. 4., "*anxiis* implevit *curis;*" xxi. 2. 1., "His *anxius curis;*" et 51. 6., "multis simul *anxius curis;*" xxiii. 29. 9., xxv. 35. 7., xxvii. 40. 7., 47. 8. Sallust. *Cat.* 46. 2., Curt. iii. 3. 2.

Ibid. "exanimes vice unius*, quem tres Curiatii circumsteterant."

* Non accepit Leid. 1. a prima manu *unius*; pro *vice* autem habet idem *vices.* Fortasse *vicem ejus, unum quem tres—.* De postposito autem relativo infra ad xxiv. 5. 11—13.

Ibid. "quem tres Curiatii* circumsteterant*."

* Nihil opus proprio, non magis quam supra in uno isto superstite Horatio. Deinde, conjunctos (id quod vulneratis facile res ipsa suadebat) potius quam diversius stetisse tres Curiatios, ex narratione quae sequitur certo colligi potest. Quippe, ut segreget pugnantes, Horatius fugam simulate capessit. Et quam facile poterat integer unus elabi et ce-

dendo efficere, vulnerati tres ne possent circumstare. Ergo fortasse mallet quis: *quem contra tres conferti starent.* Potuit autem librarius aliquis velle rem augere, ut fingeret tres unum circumstetisse, eoque magis si modum subjunctivum in *starent* non caperet, quo haec ad animum Romanorum referrentur. Postposita autem relativo est *contra* praepositio apud Ciceronem quidem saepe.

— 25. 7. "ergo . . . capessit fugam, ita ratus* secuturos, ut quemque vulnere adfectum corpus sineret."

* Mallem: *capessit fugam: ita secuturos, ut quemque . . . sineret,* omisso *ratus.* Cf. vi. 22. 9. "in aciem procedunt, nihil dilaturi, . . . *ita* paucitati hostium nihil artes imperatoris . . . profuturas esse."

— 25. 9. "dum Albanus exercitus inclamat Curiatiis*, uti opem ferant fratri."

* *Curiatiis alteris? suis alteris?*

— 25. 13. "eo majore cum gaudio, quo prope* metum* res fuerat."

* Haesit Walkerus noster:—"An *prope* metum solummodo res fuerat? Annon Livius Romanos metu prorsus exanimes jam dixit?" Interpretaturque:—"eo majus fuit gaudium, quod *proxime post metum* subsecutum est." At metum intelligo ego non eum qui fuisset, sed eum qui in adverso eventu certaminis esset futurus. Profecto saepe ita *metus* dicitur, ut rem praesentem tempusque praesens magis quam futurum spectet. Supra 9. 13., "Turbato per *metum* ludicro, moesti parentes virginum profugiunt;" i. e. per vim illatam. Nam, raptis virginibus, nihil erat, quod amplius parentes metuerent. Et 16. 2., "velut orbitatis *metu* icta." Neque enim orbitatem tamquam futuram metuebant; sed ipsa praesens orbitas metum quemdam inde-

finitum incertum injiciebat. Nisi malis deminutionem figuram intelligere:— quo magis in metu res fuerat: cf. xxi. 1. 2., "ut *propius periculum* fuerint, qui vicerunt."

— 28. 6. "nisi in* hunc insigne jam documentum mortalibus dedero."

* Mon placet *in hunc;* mallem *in hoc.* Sed satis commode codd. multi omittere videntur praepositionem. Nisi forte scribendum: *nisi hoc unum insigne*—.

— 28. 9. "Ut ... animum ... ancipitem gessisti, ita jam corpus passim* distrahendum dabis."

* Nimium est *passim.* Fort. *suspensum.*

— 39. 3. "Scire licet, hunc* lumen quondam rebus nostris dubiis futurum."

* Fort. *hoc,* ut attractio sit: cf. Cic. *Philipp.* v. 14. 39., "Pompeio .... *quod* imperii populi Romani lumen fuit, exstincto;" et *de Fin.* ii. 22. 70., "At negat Epicurus (*hoc* enim vestrum lumen est),—." Vid. Krueger. p. 93.

— 41. 1. "Tanaquil ... claudi regiam jubet, arbitros* ejecit:* simul—."

* *arbitris ejectis?*

— — 3. "Tuum* est, inquit, Servi, si vir es, regnum; non eorum, qui—."

* *Tum tuum* Lipsiens. Fort. *Tuum, tuum est*—.

— 45. 5. "Habita, ut erat,* res prodigii loco est."

* *Habita vero haec res* codd. aliquot. Et profecto mirum est videre Livium, qui alibi soleat quae refert prodigia aut tacito aut ne tacito quidem (ut xxiv. 44. 8.) ludibrio habere, ultro et gratuito hoc loco prodigii subscriptorem fieri. Fort. *Habita fortuita res*—. Etsi in natura posita res erat.

— 48. 4. "Fit fuga regis adparitorum atque comitum. Ipse prope exsanguis, quum semianimi* regio comitatu domum se reciperet . . . interficitur."

* Corruptum esse hoc, in aperto est. Conjicit Walkerus *quum se minime regio*—. Mallem ego *quum misso omni regio comitatu.* Nam, quod dictum est, in vi a Tarquinio in regem illata, fugam regis comitum factam esse, potest hoc de maxima parte intelligi; et, si omnino de omnibus intelligendum est, tamen nihil obstat, quo minus credibile sit, aliquos postea pudore revocatos rediisse. Misso autem omni regio comitatu, opinor, speravit ita facilius posse se percussores fallere. Cf. viii. 30. 11., "*misso* repente senatu;" xxi. 54. 3., "Ita praetorium *missum*;" xxvi. 14. 4., "*misso* convivio;" et 36. 11., xxx. 17. 3., "senatu."

— 58. 9. "et, unde consilium afuerit,* culpam abesse."

* Fort. *unde consilium afuerit culpae, culpam abesse.*

ii. 4. 5. "nam quum, pridie quam legati . . proficiscerentur, et* coenatum forte apud Vitellios esset,—."

* Recte copulam *et* censebat Dukerus impeditam facere orationem. Equidem suspicor sic a Livio profectum locum esse, ut postposita fuerit *quum* particula: *nam, pridie quam . . . proficiscerentur, quum coenatum—;* deinde in codice aliquo bis scripta quum exstitisset, in altero loco ex compendio *q* copulam factam esse *et*. Vid. Cortius ad Sallust. *Cat.* 43. 1.

Ibid. "sermonem eorum ex servis unus excepit, qui jam antea id* senserat agi."

* Quidnam? an novum consilium? Vix credibile. Fort. *qui jam ante aliud senserat agi;* nempe ac prae se ferrent.

Ibid. § 7. "Consules, ad deprehendendos legatos conjuratosque* profecti domo, sine tumultu rem omnem oppressere."

* Leid. 2. *domo profecti ad depr. l. conjuratosque.* Misere abundant ista *ad deprehendendos legatos conjuratosque.* Fort. *consules ad primam delationem cum servo profecti domo.* Nam de *ad* praepositione quidem Drak. ad ii. 45. 12., Hand. I. 119.

—5. 1. "res integra refertur ad Patres. illi* victi ira vetuere—."

* *ibi* edd. vett., necnon codd. duo. Fort. *refertur ad Patres. Patres ibi*—. Cf. 4. 6., "rem ad *consules* detulit. *Consules*—;" viii. 18. 5., "Fabius rem ad *consules, consules* ad senatum referunt." Cic. *de N. D.* ii. 4. 10., "ad *senatum* retulit: *senatus*—."

— 6. 6. "praeerat Aruns Tarquinius, filius* regis."

* *regis filius* cod. Gaërtn.; Veith. autem *Tarquinii regis filius.* Fort. *Aruns Tarquinius, Tarquinii regis,* omisso *filius:* vide ad i. 3. 9.

— 7. 1. "ut . . . ambo exercitus . . . suas quisque abirent* domos."

* *abiret* Haverk.; recte, censeo: vide ad Cic. *de Off.* i. 41. 147., *de Fin.* v. 24. 72.

— 10. 5. "insignisque inter conspecta cedentium pugnae* terga."

* Mavult J. F. Gronov. quidem *pugna.* Doujatius vero eadem ratione *cedere pugnae* dictum censet qua *cedere tempori, minis,* et quae sunt similia. Mihi in mentem venit utique gignendi casu accipere *pugnae* et aciei, ordinis, agminis interpretari. Cf. i. 25. 7., "ut segregaret *pugnam*

eorum;" inf. 50. 9., "omissa *pugna*, quam in omnes partes parem intenderant;" iii. 61. 9., "Concitant equos, permittuntque in hostem, pedestri jam turbatum *pugna*:" adde vi. 24. 10., vii. 8. 2., viii. 38. 16., xxii. 5. 7., 45. 8.

— — 11. "Ita* sic* armatus in Tiberim desiluit."

* Exspectes: *Ita, sicut erat, armatus . . . desiluit.* Cf. xxiv. 40. 13., "ipse rex, *sicut* somno excitus erat, prope seminudus fugiens;" xxvii. 43. 4., "Cum iis literis, *sicut erant*, signatis . . . traduntur;" et 51. 11., "captivosque Afros vinctos, *ut erant*, ostendi . . . jussit;" xlii. 52. 4., "armatosque, *sicut erant*, ad concionem vocavit." Nep. xvi. 3. 2., "*sicut erat* signata, sub pulvinum subjiciens." Sueton. *Claud.* 9., "praecipitatum quoque in flumen, *sicut* vestitus *advenerat*;" et 34., "Induxit . . . , *sicut erat* togatus;" *Ner.* 48., "*ut erat* nudo pede atque tunicatus;" *Oth.* 8., "*sicut erant* cruenti;" *Vitell.* 8., "*ita ut erat* in veste domestica." Curt. viii. 2. (6. z.) 8., 3. (12.) 10., ix. 7. (27.) 10., x. 4. (13.) 2.

— 12. 14. "Juberem macte* virtute esse, si—."

* Rectius, opinor, Voss. 2. *macto*, ut attractio sit, omisso dativo pronominis.

— 16. 4. "cum pacis ipse auctor a turbatoribus* belli premeretur."

* Video quod scripsit Ernestius in Glossario p. 71. ed. K. Nihilominus lacunam esse suspicor versiculi: *a turbatoribus* [*otii et fautoribus*] *belli*. Cf. Cic. *Philipp.* ii. 34. 87. et *Acad.* ii. 5. 15., "*otium perturbare*."

— 17. 7. "ob iras* graviter ultas."

* Posuit, ut videtur, pro causis irae: cf. 61. 3., iii. 7. 8., vii. 30. 14. Neque necesse esse arbitror *injurias* conjicere.

— 24. 5. "nec . . . aut* plebi honestum esse, . . . neque Patribus satis decorum,—."

* Abundat *aut*. Scio de anacolutho cogitari posse: vide nos ad Cic. *de Fin*. iv. 28. 77., *de Off*. i. 3. 9. Tamen non invitus *ita* (i. e. valde) conjecerim.

— — 8. "Consul copias* contra hostem educit."

* *c. h. copias* cod. Haverc. Ergo fortasse delendum *copias*: vide nos ad Sallust. *Jug*. 97. Nisi forte ultro mutavit aliquis, ut alliterationem infringeret.

— 35. 8. "Haud facile credebant, plebem suam* impelli posse, ut—."

* Fort. *uam* (Volscam).

— 36. 4. "aegro animi*."

* Recte, opinor, codd. duo *aegro animo*: cf. xl. 5. 14., necnon (nobis quidem edentibus) Sallust. *Jug*. 29.

— — 6. "Tum enimvero Deorum ira* admonuit."

* Fort. *Deorum res admonuit*; nimirum ut *Deorum admonuit* jungendum sit.

— 41. 9. "adeo propter suspicionem insitam regni, . . . munera ejus in* animis hominum* respuebantur."

* Vereor ne male transposita sint illa *in animis hominum* et ad *insitam* supra retrahi debeant, *propter suspicionem insitam in animis hominum regni*. Et credere licet in codice aliquo omissa esse, dum properaret librarius nomini regenti *suspicionem* suum reddere genitivum; deinde ex margine alienum in locum venisse.

— 46. 1. "Prope certa spes erat, non magis secum pugnaturos, quam pugnaverint* cum Aequis."

* Parum constat in istis *erat* . . . *pugnaverint* temporum

ratio. Recte ergo atque opportune Harl. 1. omittit *pugnaverint.* Neque adeo insolita res est praeteritum tempus ex futuro adsumi: vide nos ad Cic. *de Fin.* ii. 17. 56. n. 9., 24. 79. n. 16., iv. 27. 74. n. 13. Etsi etiam discordantia tempora patronum invenerunt Nipperdeium ad Caesar. p. 83.

— 59. 1. "sperantes, idem certamen animorum adversus Appium habiturum exercitum Romanum, quod adversus Fabium consulem habuisset*."

* *cons. F. habuisset* Voss. 1. et Leid. 2.; *c. habuisset F.* Harl. 2.; *habuisse* H. 1. Ergo fortasse delendum *habuisset* iterumque ex futuro praeteritum repetendum. Vide ad 46. 1.

iii. 3. 10. "in oppida sua se recepere, uri sua* populari que passi."

* Quomodo *sua* opponuntur *oppidis suis?* Scribe *sata*: cf. vi. 31. 7., "non *satis* in spem frugum relictis;" viii. 29. 11., "populando atque urendo tecta hostium *sata*que;" xxxi. 30. 3., "*sata* exuri, dirui tecta."

— 5. 8. "ni T. Quinctius peregrinis copiis* cum Latino Hernicoque exercitu* subvenisset."

* — * Alterutrum abundat. Fort. *peregrinis castris.*

— 17. 1. "P. Valerius se* ex curia proripuit."

* Omittunt pronomen codd. quinque, recte: vide nos ad Sallust. *Cat.* 32., "Deinde ex curia domum *proripuit;*" ubi etiam Liviano usus sum exemplo xliv. 6. 1., "victum se sine proelio clamitans, *proripuit.*" Add. Gronov. *Obss.* ii. 7. Absolute etiam simile verbum posuit Pacuvius in Anchyse: "Cujus lingua in altum *projicit.*"

— 18. 6. "memorem cognominis, quod* populi* colendi* velut hereditaria cura sibi a majoribus tradita esset,—."

* *quo* codd. aliquot, quomodo haud dubie scribendum censebat Gronovius. At rectissime, censeo, *quod* nominandi casu ad cognomen retuleris, nec mirum si concordia participii interpositum nomen secuta est: vid. Krueger *de Attract.* § 23. Sed et illa notanda attractio, *memorem cognominis, quod populi colendi, quasi* pro *memorem cognominis populi colendi, quod* —: vidd. idem Krueger. § 78., Scheller. *Obss.* p. 294., nos ad Cic. *de Fin.* iii. 19. 63., *de N. D.* iii. 34., *Lael.* 3. 12., *de Off.* iii. 25. 95. Cf. inf. iv. 13. 4., "id unum dignum . . . certamine, quod *ingens* exsudandum esset, praemium fore;" v. 49. 7., "inter jocos militares, quos *inconditos* jaciunt;" xlii. 38. 8., "privati maxime hospitii fiducia, quod ei *paternum* cum Marcio erat." Adde inf. ad xxv. 24. 13., xxxi. 2. 2.

— 42. 2. "qui, . . . vinci se per suum* atque illorum dedecus patiebantur."

* *per summum illorum dedecus?*

— 58. 9. "Oppius quoque ductus in vincula est, et ante judicii diem finem ibi* vitae fecit."

* *sibi?* Cf. § 6.

iv. 18. 1. "plus* spei* in trahendo bello esse."

* Immo *plus in trahendo bello spei esse.* Cf. iii. 53. 3., "in aequitate rerum *plus*, . . . reponi *spei*;" xxxiv. 40. 1., "*plus* ex timore hostium, . . . *spei* nactus;" xxxv. 26. 10., "eo *plus* in . . . *spei* nactus;" xxxvii. 1. 2. "ut quibus *plus* in . . . *spei* esset."

— — 8. "eques maxime resistebat; equitumque* longe fortissimus — ."

* Sine copula codd. duo *equitum*. Mallem *eorum:* cf. xxiii. 12. 2., "*equitem*, atque *eorum* ipsorum primores."

— 19. 7. "Inter proelium et ad castra Romana pugnatum est adversus partem copiarum ab Tolumnio, ut ante dictum est, ad castra* missam."

* Fort. *ad aversa:* cf. 18. 4., xxii. 24. 8., xxxi. 42. 6. Solet autem formula illa *ut ante dictum est* sensum plerumque potius quam verba respicere: vide ad Cic. *Cat. M.* 15. 53. n. 18.

— 32. 2. "Fidenasque prope saepius* captas quam obpugnatas."

* Non credo toties captas Fidenas esse. Fort. *prope eas prius:* cf. 27. 11., "*prius paene* cepit castra, quam obpugnari hostes satis scirent;" v. 31. 4., "fusis hostibus *prius paene*, quam manus consererent;" 38. 6., "ignotum hostem *prius paene* quam viderent, . . . fugerunt;" adde i. 14. 9., 37. 2., xxiv. 25. 10., 27. 16. 2., xli. 23. 11. Res autem ipsa c. 22. narratur.

— 49. 12. "nactus inter adversarios superbum ingenium* immodicamque linguam*."

— Hominem superbi ingenii immodicaeque linguae. Non erat cur Schellerus *Obss.* p. 298. pro *inter adversarios* haud dubie *in adversario* legendum censeret. Profecto nihil usitatius quam *ingenia* quidem pro ipsis hominibus quorum ea sint dici: cf. Liv. i. 46. 5., ii. 43. 10., xxii. 43. 5., xxviii. 44. 5., xl. 47. 5., xliii. 22. 6., xlv. 23. 16., Cic. *de Fin.* i. 3. 7., *Tusc.* i. 15. 33., *Lael.* 18. 65., *de Off.* i. 18. 26., Sallust. *Cat.* 20. 2., Hor. *Epistt.* ii. 1. 88., 2. 81.,

Plin. *Epistt.* vii. 6. 9., 20. 4., Curt. iv. 5. 22. *Linguam* vero pro domino ipsius ab alio positam esse haud sane mihi compertum est. Sed et facilis per se metonymia est et in nostro loco propter *ingenii* conjunctionem facillima.

Ibid. "quam* irritando agitandoque in eas impelleret voces, quae—."

* Immo *quem*, opinor.

— 61. 8. "ab eo milites per locum arduum accepti cepere*."

* Non cepere: sed paucis trucidatis ceteros subito metu ad deditionem coëgere. Aegre autem *milites* potest significatione aliqua numeri carere. Denique indigna Livio oratio est *accepti cepere.* Sed pro *cepere* unus *capere.* Scribamus ergo *accepti pauci.* Cf. ix. 24. 5., "*decem* milites delectos secum per ardua ac prope invia in arcem ducit."

v. 51. 2. "Nec nunc me*, . . . mea voluntas . . . perpulit."

* Mallem *mea me voluntas.* Cf. Cic. *p. L. Manil.* 1. 1.

— — 5. "invenietis omnia prospere* evenisse sequentibus Deos, adversa spernentibus."

* Potius *prospera,* opinor: cf. Sallust. *C.* 52. 29., *J.* 63. 1.

— 54. 3. "etsi minus injuriae* vestrae*, quam meae calamitatis meminisse juvat."

* Melius sensui consulas sic: *etsi minus, in injuria vestra, calamitatis meae meminisse juvat;* i. e. in injuria, vos quam mihi imposuistis; quum injuria, quam passus sum, sit a vobis profecta. De praep. Hand. iii. 258. 15. Ad *calamitatis* autem nomen adhibe Cic. *de Rep.* i. 3. 4., "*calamitates*

clarissimorum virorum, *injuriasque* iis *ab ingratis impositas civibus* colligunt." Pronomen vero *meae* quod postposui, sic habent codd. fere omnes. Denique in illis *meminisse juvat* veniet Virgilianum in mentem "Forsan et haec — ."

—— 6. "expertis* alia experiri."

* *exp. latos alia exp.* MSS. Voss., Helm., Rott. Lubenter legerem:—*quae* (*malum*) *ratio est, expertis sal.* (salutem) *vobis velle alia experiri?* Cf. Gell. xiii. 12. 8., "Quae, malum! autem ratio fuit vocantibus *nolle* obsequi?" et xv. 31. 4., "Quae, malum! ratio est, ut tu . . . *velis?*" Liv. vii. 40. 16., "cujus auspicia pro vobis experti nolite adversus vos *velle* experiri." Cic. *de Off.* i. 31. 113., "nec *velle* experiri, quam se aliena deceant;" ubi vide. Nam de dat. quasi pro accus. (in quo aliquando haesit Gronovius) vide nos ad Cic. *Cat. M.* 19. 71. n. 5.; adde Livium supra 52. 13., "*Flamini Diali;*" xliii. 17. 8., "*hostibus,*" ubi vide.

vi. 7. 1. "quo non Volscorum modo juventutem Antiates . . . , sed ingentem* Latinorum Hernicorumque conciverant."

* *ingentē uī?* i. e. ingentem vim. Cf. ii. 5. 3., vii. 12. 7., viii. 28. 6. Nisi malis *ingentem Latinorum numerum.*

— 16. 3. "nec . . . aut tribuni plebis aut ipsa plebs . . . audebant*."

* Mallem *audebat.*

— 24. 10. "Optimum visum est, in fluctuantem* aciem* tradi equos."

* Lego: *Opt. vis. est, in fluctuante acie, tradi equos:* i. e. quoniam fluctuaret acies. De praep. Cortius ad Sallust. *Cat.* 2. 10., Hand. III. 258. 15. Ad rem autem adhibe iii. 62. 8.

— 29. 1. "Videsne tu, inquit, A. Semproni, loci

fortuna illos fretos ad Alliam constitisse? nec* illis Dii inmortales certioris quidquam fiduciae . . . dederint?"

* Parum cohaeret structura. Videtur autem perinde Livius exegesin hanc addidisse, quasi animo e superioribus particulam repeteret *ut*. Est enim quasi formula *Videsne, ut*—? vide nostra ad Cic. *Cat. M.* 8. 26. n. 11.

— 41. 4. "De indignitate* satis dictum est."

* *dignitate* Lovel. 4., plane vere, opinor: nimirum positivum negative accipiendum: sicut etiam pergit in positivis Livius negative interpretandis:— "quid de *religionibus* atque *auspiciis*, quae propria deorum immortalium contemptio atque injuria est, loquar?" nempe *omissis, neglectis, non servatis*. Adde quod parenthesis illa statim ex superioribus positivum excipere videtur:— "etenim *dignitas* ad homines pertinet." Sic *facultates* negative accipiendum vii. 21. 8.; sic *aetas* pro infirma aetate xxvii. 19. 10., xxxi. 28. 5., xlii. 29. 7. Et multa hujusmodi in curis secundis ad Sallustium colligo, *Jug.* 94., "*ponderis* gratia."

vii. 33. 16. "Et Romani fatebantur, . . .; et Samnites, quum quaereretur, . . . , . . . aiebant,—."

* Non agnoscitur, opinor, apud grammaticos cum accusativo personae poni posse *quaerendi* verbum quasi pro ablativo et praepositione. Et tamen, haec quum lego, ultro venit mihi in mentem ut velim *Samnites quum quaereretur* jungere. Nec secus xxxiv. 61. 8., "Vocari Aristonem debere et *quaeri* quid venisset." Et sic codd. Ciceronis *p. Caec.* 33. 96., "*quaero te,* putesne . . .?" Sic apud eumdem *Philipp.* vi. 1. 1., cod. meus quoque cum Barberino et edd. aliquot vett. consentiens "quod *quaesivit me* P. Appuleius." Et, cur non possit ita dici, non video.

viii. 1. 4. "Romani, nihil eo certamine tam ambiguo fessi*, in posterum diem proelium parant. Volscis . . . haudquaquam idem animus . . . fuit: nocte pro victis Antium agmine trepido . . . abierunt."

* Immo *nihil* . . . *fassi*, opinor; sicuti etiam in Volscis, non fatigationis, sed utique animi instituitur comparatio. Nam cf. participii quidem exempla xxiv. 5. 10., xxx. 35. 11., xxxvii. 55. 1. Ad rem autem faciunt illa:—xxi. 40. 2., "*confessionem* cedentis ac detrectantis certamen pro victoria habui;" xxxvi. 45. 6., "*confessionem* victis expresserunt." Contra hostes nocte agmine trepido quum abiissent victos se sunt fassi. Cf. x. 12. 5–6., "Lux insequens victorem victumque ostendit: nam Etrusci silentio noctis castra reliquerunt." Et ne verum quidem est, opinor, nihil Romanos certamine fessos fuisse. Nam atrox proelium fuerat magna cum caede utrorumque. Ceterum, in nostra lectione quae sit futura ablativi ratio, quaeri potest. Nec male fortasse Lov. 5. *ex* pro *eo*: nam etiam abundat fere pronomen.

— 5. 10. "Non venit in mentem pugna* apud Regillum lacum?"

* Notabilis maxime lectio codd. duorum, optimi Flor. et Harl. 2., *pugnam*, quasi deficiente infinitivo *meminisse*.

ix. 1. 6. "auctores* belli . . . dedidimus."

* Unius Brutuli Papii corpus est deditum (viii. 39. 14.). Rhetorica autem est significatio ista pluralis: vidd. Zumpt. ad Cic. *Verr.* p. 261., nos ad *de Fin.* p. 258., Orell. ad Hor. *Sat.* i. 7. 34.; adde Plin. *Epistt.* x. 50. 4., "*reges.*" Et manet in re augenda Livius etiam § 9., "non deditio *exanimatorum corporum*, non bona sequentia domini de-

ditionem;" ubi pro *domini* e codd. duobus recipiendum *dominum* censeo, i. e. *dominorum*.

— 3. 1. "Querentes* magis quam consultantes nox oppressit."

* At pergit Livius non magis querimoniarum quam consiliorum habere rationem. Omittunt autem *quam* codd. duo. Fort. *Querentes quum maxime et consultantes*. Vid. Hand. III. 599. 20.

Ibid. "qua* ferri arma poterunt, eamus."

* Fort. *quaqua*.

— — 2. "quem per annos jam prope triginta vincimus*."

* Recte receptum est praesens: cf. x. 16. 4., "per quot annos . . *dimicent*—."

— 4. 10. "me vel devovere . . . vel in medios me* immittere—."

* Congruebat sane inceptae orationis consilio, ut ad semel praemissum accusativum utrumque referret infinitivum. Nunc, dum pergit initii oblitus, alterum immisit pronomen. Cf. xxxviii. 60. 5–6., "L. Scipionem . . . *L. Scipionem*." Adde mox in Curis Sec. ad. Sallust. *Jug*. 64.

— — 14. "Hic omnes spes opesque sunt, quas* servando patriam servamus: dedendo ad necem patriam deserimus ac prodimus."

* Mallem *quos*. Nempe erant spes omnes opesque milites istius exercitus.

— 6. 13. "Habere Samnites victoriam . . . perpe-

tuam: cepisse enim eos non Romam, . . . sed, quod multo bellicosius*, Romanam virtutem ferociamque."

* *belli conficientius?*

— 17. 6. "Ut alios reges claros ducesque* omittam."

* Rectius, opinor, codd. satis multi *reges clarosque duces*, ut semel positum adjectivum quasi bis audiatur: vide nos *de Copulis* p. 120., seqq., ad Sallust. p. 90., seq., ad. Cic. *de N. D.* p. 107., *de Div.* p. 52. et alibi, *Cat. M.* 1. 1. n. 2.; adde inf. ad xxv. 14. 1., xlv. 18. 3.

— 18. 11. "Quin tu hominis* cum homine, et ducis* cum duce, . . . confers?"

* Accipio *hominis* pro *homines*, *ducis* pro *duces*. Nam ad accusativum istum tertiae declinationis pluralem quod attinet, nec, quibus legibus teneretur res, satis constat, et ipsum *hominis* in codice quodam legitur Ciceronis *Tusc.* iv. 33. 71. Mansisse autem aliquoties in codicibus accusativum veterem in *is* exeuntem non aliam ob causam quam quia librarii perperam pro genitivo singulari acciperent, jam in aliis scriptoribus notum est. Vid. Kritz. ad Sallust. *Cat.* 1. 1.

— — 12. "Quot Romanos duces nominem, quibus numquam adversa fortuna pugnae fuit*?"

* Mallem *fuerit*; item infra *poenituerit*. Nam praedicativa sunt haec.

— 23. 13. "castra, quibus imperatum est, incendant.*"

* Potius *incendent*. De circumscriptione autem illa *quibus imperatum est* vide ad. i. 9. 11.

— 24. 11. "quum tela* et armatos tenere arcem multiplicato numero audirent."

* Non me fugit posse lectionem istam figurae cujusdam praesidio tutam esse. Nihilominus legenti in mentem venit ultro conjectura, *quum late armatos t. a. multiplicato numero audirent.*

— 37. 1. " vastationem namque . . . jacens ora senserat, conciveratque indignatione* . . . Umbriae finitima."

* Ferri posse fateor nominativum ex obliquo adsumendum. Mallem tamen *indignatio ejus.*

— — 2. " Itaque, quantus* non umquam antea, exercitus ad Sutrium venit."

* *Itaque tantus* Codd. tres. Bene jungi potest utraque lectio: *tantus, quantus non umquam antea exercitus.* Cf. i. 46. 1., v. 20. 1. Etsi omisso demonstrativo infra 39. 5. et x. 38. 1.

x. 10. 12. " Romae terrorem praebuit fama Gallici tumultus ad bellum Etruscumadjecti*."

* Fort. *adjecta,* qualis quasi hypallage adjectivi apud Livium frequens est: vid. Scheller. *Obss.* p. 249., seq.

— 18. 5. " Ceterum magis eo profectum est, quod mature ventum erat, . . . quam* quod* ductu consulis quidquam . . . gestum sit."

* *quamquam* Haverk.; *quamq;* Lovel. 3. Fort. *quam quo.* Cf. Ter. *Ad.* ii. 4. 6., Cic. *de Fin.* ii. 3. 8., Caes. *de B. G.* iv. 2. 1., Tacit. *Hist.* iii. 72.

— 41. 12. "non quia plus animi victis est*, sed melius muri . . . arcent."

* Negatur non causa tantummodo, opinor, sed res ipsa. Itaque ferri non potest indicativus: vide ad xxi. 40. 6. Codd. autem multi *esset*. Mallem, ut in sententia gnomica, *sit*, sicut etiam sequitur praesens, "sed melius muri . . . *arcent*." Ceterum quod sequitur *sed* quasi pro *sed quia*, vide nos ad Cic. *Cat. M.* 23. 84. n. 37., *de Fin.* iv. 1. 2.

— — 13. "Scipio, nisi . . . transacta res esset, lentiorem* fore munitae urbis obpugnationem ratus, —."

* Suspicarer *lentiorem rem*, nisi post illud, "nisi . . . transacta *res* esset," parum placeret repetitum nomen. Vide ad xxvii. 39. 14.

— 46. 16. "qui, dicta die, . . . , fugerat in legationem* . . . populi judicium."

* Conjecit Ant. Perizon. *fugerat in legatione* vel *fugerat legatione*, frustra utrumque: vide nos ad Sallust. *Jug.* 61., ad Cic. *de N. D.* ii. 43: adde *Tusc.* v. 37. 109. Vide etiam infra ad xxxix. 29. 9.

— 47. 6. "quinam finis aut quod* remedium—."

* Lovel. 3. *quinam finis aliter quod remedium*, *quinam finis aliter aut remedium*. Ne in diverso quidem genere nominis iterari necesse esse pronomen, vide apud nos ad Cic. *Lael.* 2. 7. n. 18.

xxi. 1. 2. "ut propius periculum fuerint, qui vicerunt*."

* Praecisa admodum brevitate usus videtur Livius. Nisi tamen excidit versiculus, *quam qui victi sunt*.

— 2. 2. "Hamilcare duce Poenos arma Ita-

liae inlaturos fuisse, quae* Hannibalis ductu intulerunt."

* *qui* codd. plures. Fort. *quò*.

— — 4. "quae . . . plus quam modicae* erant."

* *immodicae* Lov. 1., fort. vere: cf. inf. 4. 9., "*plus quam* Punica;" xxix. 17. 8., "*plus quam* hostilia."

— 15. 1. "captivi militum praeda fuerant*."

* Fort. *fuerat*: cf. xxxii. 13. 6., "cetera militis praeda *erat*." Vid. Krueger. § 25.

— 33. 5. "plusque inter ipsos, sibi quoque* tendente, . . . certaminis erat."

* *sibi quisque intentus* Pal. 2. Fort. *sibi quisque tendentes*. Cf. xxvi. 29. 3., xxxix. 14. 4. Vide mox ad Sallust. *Jug*. 18.

— — 11. "montanis primo* perculsis."

* Conj. Gronov. *proelio* pro *primo*. Mallem addi *proelio*, retineri *primo*.

— 39. 4. "quia volentis* in amicitiam non veniebant."

* *ejusque nolentis in a. venire* Lov. 4. Fort. *quia volenti in a. venire non erat*. Cf. inf. 50. 10., Sallust. *Jug*. 84., ubi vide.

— — 8. "Nam Hannibalis* et apud Romanos . . . , et Scipionem Hannibal—."

* Non mihi displiceret, si cod. aliquis daret: *Nam Hannibal . . . celeberrimum nomen erat*. Vid. *nomen* "metonymice" apud Forcellinum; adde supra ad i. 10. 1. De *et* autem copulae situ (mallet quis *Nam et Hannibalis*) vide

ad Cic. *Cat. M.* 3. 7. n. 20.; adde Livium xxv. 38. 23., xxviii. 24. 10., xxxviii. 31. 1., xxxix. 40. 9.

— 40. 6. "Nec nunc illi, quia audent*, sed quia necesse est, —."

* Immo *quia audeant:* nam profecto in cogitatione, non in re positum est hoc quidem, et plane negare vult Scipio, audaciam hostibus inesse. Vide nos ad Cic. *de Div.* ii. 72. n. 78. et *Cat. M.* 23. 84. n. 36.; adde Livium nostrum xxxviii. 33. 11., "non quia . . . *vellet*, sed quia . . . nolebat;" xxxix. 28. 2., "non quia . . . *esset*, . . . sed quia . . . pertinebat;" xliii. 21. 8., "magis quia manere non poterat, quam quod . . . *esset.*" Et xlii. 25. 10., "non quia *probaret*," cave obliquae orationi tribuas subjunctivum, qui etiam erecta oratione servandus foret. Sic corrigendum est etiam xxviii. 42. 21., xl. 33. 2.

— 42. 3. "Ut cujusque sors exciderat*."

* — *ret* Lov. 5., recte: vide ad i. 9. 11.

— 43. 4. "Dextra* laevaque duo maria claudunt . . . habentibus."

* Fort. *Dextram laevamque.*

— 48. 9. "ad Clastidium vicum, quo . . . Romani, mittit*."

* Suspicor ante *mittit* versiculum periisse, qui numerum (vel ducem) et genus declaraverit missorum. Nam pergit: "Ibi, quum vim *pararent.*" Vix potest ergo non missorum mentio esse facta.

— 52. 11. "Varia inde pugna sequentes*,—."

* Conj. Gronov. *cedentes sequentesque.* At ego suspicor potuisse una voce Livium exquisitiore, quam ut ipsam intel-

ligentia librariorum caperet, utramque rem declarare, *Varia inde pugna reciprocantes.*

— Ibid. continuate, "major tamen hostium* Romanis fama victoriae fuit."

* Supplebat Burmannus ex Polybio *hostium caedes;* recte eatenus, opinor. Sed credo versiculum integrum excidisse: *major tamen hostium [caedes justiorem Romanis] famam victoriae fecit.* Et, quod pergit Livius, "Ceterum nemini omnium major *justior*que, quam ipsi consuli, videri," utique mihi persuadeo, jam supra positam *justiorem* vocem respicere.

— 54. 4. "Ita mille equitibus Magoni*, mille peditibus dimissis."

* Suspicor etiam hoc loco deesse versiculum:—*mille equitibus, [quo praeceptum erat] Magoni, mille peditibus dimissis.*

xxii. 2. 6. "Galli neque . . . neque . . . poterant; aut* corpora animis aut* animos spe sustinebant."

* — * Recte, opinor, Walkerus vult *haud . . . haud.* Etsi geminatae particulae hujus nulla nisi Valerii Flacci exempla potuit Handius afferre, III. 37. 31. Sed fortasse alterum apud Nostrum agnoscendum exemplum est xxviii. 27. 11., etiam tertium xxxi. 1. 6.

— 12. 5. "quod cum duce haudquaquam . . . simili futura sibi res esset, ac tum demum . . . Romani parem Hannibali ducem quaesissent*."

* Non mihi verisimile, statim Hannibalem Q. Fabium sibi aequiparasse. Et, quantum abesset ut aequipararet, vides. Nam "constantiam hauddum expertus agitare ac tentare animum . . . coepit, etc." Quapropter gauderem equidem, si cod. aliquis daret *quaesiverant* pro *quaesissent*, ut

haec omnia "*ac tum demum* &c." ab Hannibalis cogitatione (cui quidem etiam parum proprium convenit) dirimenda essent et ex ipsius historici persona accipienda.

25. 14. "Si* penes se . . . sit."

* Mallem *Se penes* —, omissa conjunctione: vide ad Sallust. *Jug.* 64.

— 26. 7. "acceptisque . . . literis senatusconsulti* de aequato imperio."

* Non senatusconsultum, sed utique plebiscitum est factum. Itaque volebat Lipsius, deleto *consulti*, *literis senatus* jungi. De junctura quidem assentior. Pro *consulti* vero repono *cum scito* (s. *scitu*; v. Drak. ad v. 13. 5.; qua quidem ex forma natum videri potest id quod habent edd. quaedam vett. *sicut*); sc. plebis: cf. § 4.

— 33. 2. "servi quinque et viginti in crucem acti, quod in campo Martio* conjurassent."

* Cur isto quod loco potius quam quod alibi? cur locus potius quam res ipsa memoratur? Fortasse: *quod Capitolium cremare conjurassent.* Cf., ad infin. quod attinet, Sallust. *Cat.* 52. 24., "*Conjuravere* . . patriam *incendere.*" Et Livianum est ipsum *cremandi* verbum i. 1. 8. "patria;" xxviii. 19. 12., "urbe." Poterant autem servi ad id ipsum per speculatorem istum esse sollicitati, ut ex tam funesta et quasi fatali re omen belli caperetur.

— 38. 9. "qua nihil inclementer in Varronem dictum, nisi id modo*; *Mirari se*, etc."

* Distinguendum: "qua nihil . . . dictum, nisi—*Id modo mirari se*, etc.," ut duae voces *id modo* sint Paulo dandae. Crediderim etiam *inclementer* adverbium Paulinum esse.

Nam puta sic exorsum esse :—*Nolo equidem, Quirites, quidquam in collegam meum inclementer ; et id modo miror, quomodo —*. Nisi forte sic emendandum : *Collegae . . . concio fuit verior, quam gratior populo :—Nihil inclementer in Varronem dicturum, nisi id modo mirari, quomodo —*. Ad ipsum autem adverbium adhibe xlii. 25. 8., "Regem . . . *inclementer* locutum."

— 42. 4. "Paulus etiam atque etiam dicere*, providendum praecavendumque."

* Distinguendum : "Paulus, '*Etiam atque etiam,*' dicere, '*providendum.*' "

— — 8. "Paulus . . . obnuntiari* . . . collegae jussit."

* *nuntiare* codd. plures, recte : vide nos ad Sallust. *Jug.* 75., ad Cic. *Cat. M.* 12. 41.; add. Peter. ad Cic. *Brut.* p. 277., seq., Duker. ad Liv. xxiv. 15. 5., Drak. ad xlii. 24. 5., Zumpt. ad Curt. iii. 19. 7., 30. 7., vii. 33. 8. Et infra quoque § 10. mallem, si codd. addicerent, *referre* signa . . jubenti."

— 43. 9. "majoris partis sententia ad nobilitandas clade Romana Cannas, urguente fato, profecti* sunt."

* Scribe *provecti ;* i. e. abrepti, impulsi, pertracti : vid. Forcell. Nam de profectione quidem c. 44. Nunc de consilio agitur.

— 46. 4. "Afros Romanam magna* ex parte* crederes aciem."

* Aut omni ex parte quis, opinor, aut nulla ex parte Afros Romanam credidisset aciem. Itaque jam in juvenili quodam opusculo monui insititium esse hoc loco *magna ex*

parte, importune ex inferioribus adscitum. De qua re vir doctissimus, idemque editor ille Livii, Johannes Walker ita judicavit, ut mihi diceret, plane indubitabilem esse. Postea codicibus hoc in loco inspectis Harleianis comperi a cod. 2684. majorem quidem partem interpolationis abesse: in quo nihil ejus nisi *magna* legitur. Et facile poterat, opinor, Hannibal ex istorum duorum proeliorum spoliis omnem numerum (qui non ita magnus erat) Afrorum suorum Romanis instruere armis. Itaque crediderim, primum ex *Romanā* per errorem exstitisse *Ro. magna,* deinde ultro additum esse *ex parte.*

— 49. 15. "et tanta prope civium sociorumque* pars."

* Fortasse: *et tanta prope civium, sociorum quanta pars.*

— 50. 1. "ut illis*, quae post pugnam accidere, levior, . . . sic—."

* Non placet ablativus iste. Fortasse: *ut, si contuleris, quae—.*

— 52. 6. "Consulem quoque Romanum conquisitum sepultumque, quidam auctores* sunt."

* Istis ego auctoribus omnino credendum censeo. Digna Hannibale res, qui eadem humanitate jam in Flaminio voluerit quidem se gerere, xxii. 7. 5.:—"Flaminii quoque corpus funeris causa magna cum cura inquisitum non invenit;" qui eadem in Graccho se gesserit, xxv. 17. 4.; eadem in Marcello, xxvii. 28. 1. Pro *conquisitum* autem, locum illum de Flaminio respiciens, mallem *cum cura quaesitum.* De qua formula Drak. ad xxvii. 24. 8., xxxviii. 18. 7., nos ad Sallust. *Jug.* 54.

— 58. 1. "victoris magis quam bellum* gerentis* intentus curis."

* Suspicor Ennianam vocem subesse *belligerantis*. Cf. praeclara illa Pyrrhi :—"Nec mi aurum posco nec pretium dederitis; Nec cauponantes bellum sed *belligerantes* Ferro, non auro vitam cernamus utrique." Eo magis quod jam usus est Livius xxi. 16. 4., "cum Gallis tumultuatum verius quam *belligeratum*."

— 60. 19. "neque iis quadraginta* millia hostium obstitere."

* Sequendam putavit Drak. conjecturam Sabellici *quadraginta* pro *sexcenta*. Quasi non supra § 9. et 10. in eo versetur orator noster, ut captivis exprobret, fessis pugnando hostibus et plerisque regressis in castra sua, nocte ad erumpendum libera data uti noluisse. Ego repono *decem millia*; neque verisimile videtur majori parti copiarum Hannibalis curam nocturnum praesidium apud istos fugitivos agitandi esse mandatam. Fieri autem potuit, ut, in compendio hujusmodi *dcm* absorpta litera *m* ante *millia*, reliquae duae pro nota numerali, quae sexcenta significaret, acciperentur, eoque facilius quod ipse numerus hic jam in superioribus adest.

— 61. 10–13. "major ea clades* superioribus cladibus* . . . Nec tamen hae clades* defectionesque sociorum moverunt . . . acceptae cladis* . . . tanta clade*—."

——*—*—* Nimius videtur hoc loco Livius in nomine quod est *clades* inculcando. Ac mallem : *Nec tamen hae desperationes defectionesque sociorum*—. Supra Livius: "tum labare coeperunt, . . . quod *desperaverant* de imperio." Etsi de repetitione vid. Drak. ad i. 3. 9.

xxiii. 1. 1. "Hannibal, post Cannensem pugnam, castra* capta ac direpta confestim . . . moverat."

* Sine codd. est additum *castra.* Videtur autem etiam amplius quiddam esse addendum. Nam non una castra Romana erant, sed bina. Et vix potest *Romana* abesse. Ergo videtur in veteri codice integer versiculus excidisse: *post Cannensem pugnam* [castraque bina Romana] *capta ac direpta.* Cf. 5. 6., "*binis* postero die amissis castris;" adde 12. 14.

— 5. 5. "Pedites vobis imperemus, tamquam equites habeamus?* pecuniam deesse dicamus, tamquam ea tantum desit?"

* Lacuna quam maxime fieri potest manifesta:—"Pedites vobis imperemus, tamquam equites habeamus? [*equites imperemus, tamquam pedites habeamus?*]" Pergit orator:—"*pecuniam* deesse dicamus, tamquam ea tantum desit? . . . *legiones, equitatus,* . . . *pecunia* . . . perierunt."

— 7. 3. "nam . . . omnes comprehensos, velut custodiae causa, balneis includi jussit: ubi . . . foedum in modum exspirarent*."

* Potius *exspirarunt,* opinor. Neque enim hoc ad id quod "velut custodiae causa" jussum est, potest pertinere. Sic *ubi* pro *ibique.*

— 11. 7. "retentus aliquot dies in recipiendis civitatibus Bruttiorum, quaeque* deficiebant."

* *quae pleraeque?* Neque enim omnes Bruttiorum civitates tunc deficiebant: vide inf. 20. 4.

— — 15. "Et, ne omnia ipse mirer* . . . velim . . . respondeat,—."

* Immo *rimer,* opinor. Cf. emendationem nostram Cic.

de Fin. i. 3. 10., "Ego autem *rimari* non queo, unde—;" ubi vide.

— 17. 10. "interfectis nocte oppidanis*."

* Lacuna versiculi, nisi fallor:—*interfectis nocte oppida-* [nis Poenorum factio] *nis.*

— 19. 17. "Id verius, quam* ab equite in abeuntes immisso interfectos."

* Suspicor versiculum excidisse:—*Id verius, quam* [quod quidam auctores sunt] *ab equite—.*

— 22. 4. "quum . . . paucitatem etiam civium, e quibus in Patres legerentur*, conquestus esset."

* *legeretur?* nimirum ut impersonale sit.

— — 5. "pro* magna re* se suadere."

— *magnopere* conj. Crevier. Fort. *magno se opere.*

— 24. 11. "Boii ovantes templo,* quod sanctissimum est apud eos, intulere."

* Suspicari licet, nomen aliquod dei excidisse.

— 31. 1. "ut, quo* eo anno duplex tributum imperaretur,—."

* Fort. *quō* (quoniam).

— 33. 4. "Postquam tertia jam pugna*, tertia victoria cum Poenis erat."

* Fort. *Postquam, tertia jam pugna pugnata, tertia victoria—.* Cf. vi. 42. 5., ix. 37. 11.

— — 12. "bellumque, cum quibus regibus* placeret, gererent."

* Scribere jubet Gronovius *regi.* Equidem suspicor etiam

hoc loco versiculum veteris codicis intercidisse: *cum quibus regi populis gentib. regib. placeret.* Et credibile est plene verbis conceptum foedus fuisse.

— 34. 5. "satis jam semel felix*, mendacium struere."

* *fallaciis felix? feliciter fallax?*

xxiv. 1. 2. "Interim Locrenses frumentum lignaque . . ex agris in urbem rapere, etiam* ne quid relictum praedae hostibus esset."

* Lacuna versiculi? *in urbem rapere* [et igni corrumpere] *etiam, ne*—.

— 5. 11–13. "Postremo . . . avertit ab consciis in insontes indicium (. . .) ab latere tyranni*, quorum capita vilissima* fingenti inter dolores gemitusque obcurrêre."

* Distinguendum potius censeo: *avertit . . in insontes indicium (. . .), ab latere tyranni quorum capita vilissima fingenti . . obcurrêre,* ut postpositum sit relativum: cf. xxxiii. 29. 2., xxxviii. 38. 8., xlii. 11. 2., 19. 3., xlv. 13. 16., 18. 2., 24. 6. Mallem etiam sic rescribere: *quae capita vilia facillime fingenti . . obcurrêre;* vel *vilia summa,* h. e. tum vilia, tum summa; vilia alia, alia summa, id quod majus aliquanto verisimile videtur, non viles omnes indicem sed sine delectu nobiles ignobiles nominasse, ut quisque in mentem fingenti inter dolores gemitusque veniret.

— 8. 7. "adversus veterem ac perpetuum imperatorem comparabitur*."

* *compar dabitur?*

— 18. 2. "quae (*vitia*), velut diutinis morbis aegra corpora* ex se gignunt, nata bello erant."

* Lacuna versiculi? *velut diutinis morbis aegra corpora* [etiam depravatiora] *ex se gignunt.*

— 20. 5. "oppida vi* capta, Compulteria, Telesia, Compsa, Melae, Fulfulae et Orbitanium."

* Suspicor pro *vi* nomine notam numeralem legendam esse *VI.* Nisi forte utrumque scribendum est *oppida sex vi capta.*

Ibid. § 9. "Dum haec aliis* locis ab Romanis geruntur,—."

* Reponebat Jac. quidem Gronovius *aliis atque aliis locis:* quae formula successioni potius rerum accommodata, quam rebus quae per eadem tempora alia alio loco gerantur. Itaque malim *alia aliis locis;* id quod jam ad Sallustium monui p. 271.

— 39. 6. "quam si periculum par et ardor certaminis eos* irritaret."

* Fort. *aos* (animos). Et sic saepe Liv.

— — 7. "Ita Henna aut malo* aut necessario* facinore retenta."

— Scribe *aut haut* (haud) *malo aut necessario.* Cf. Cic. *pro Mil.* 16. 43., "reus facti *aut praeclari aut certe necessarii;*" et *de Off.* ii. 8. 26., "exitus erant bellorum *aut mites aut necessarii.*"

— 46. 2. "centurionum robora . . . delegit tribunosque . . . praefecit, et milites sexcentos*, quantum satis, visum est, adtribuit."

* Major aliquanto quam pro tali re videtur numerus. Et

sic quid opus illis *quantum satis visum est?* Deinde, quomodo certum militum numerum tradit Livius, de centurionum, de tribunorum numero tacet? Fortasse: *milites, cornicines*, *quantum satis visum est.* Cf. § 3., "jubet . . . *cornu* signum dare;" et § 6., "*cornicines* . . . canere jubent." Necnon Sallust. *Jug.* 93. 8.

Ibid. § 3. "eam portam scalis prius transgressos ad* murum* pergere* et ex interiore parte vi claustra refringere jubet."

* Cod. Put. *amurum perire.* Fort. *eam portam . . . aversam aperire;* ut exegetica sint illa *et ex interiore parte*—.

Ibid. continuo. "et tenentes partem* urbis cornu signum dare."

* Immo *portam:* cf. § 6., "Postquam *portam* tenuerunt, cornicines . . . canere jubent."

— 47. 5. "quam ob noxam Romanorum, quod* aut meritum Poenorum . . .?"

* Videtur iteratum pronomen ex spatio interlineari alienorem in locum esse receptum. Vide ad x. 47. 6.

— 49. 5. "Syphax cum paucis equitibus in Maurusios ex acie Numidas* (. . .) refugit."

* Pro *Numidas* legendum censet Sigonius quidem *Numidis*, nimirum ad *equitibus* referens. Sed nec sic distrahi posset et otiosum esset *Numidis.* Cum quibusnam nisi cum Numidis fugiat rex Numidarum? Deinde quod delet Muretus *Numidas*, est istud quidem quasi gladio caedere nodum, non solvere. Equidem in *Numidas* agnoscere videor *nud9 a'mis* (s. *aĩs;* v. Drak. ad i. 45. 3.), nudus armis; id quod postea et alteri regi Numidarum evenit, ut cogeretur, quo expeditior fugeret, arma abjicere. Sallust. *Jug.* 88. 3.,

"ipsumque regem . . . *armis exuerat.*" Etsi unus scrupulus restat: nam sic paulo longius dirempta videatur parenthesis. Et potest aliquis malle:—*in Maurusios ex acie Nomadas.*

xxv. 8. 10. "aut ab hoste ex praeparato ablatum*."

* Immo *oblatum*. Cf. § 6. et 7., necnon ii. 50. 4., 51. 5.

— 9. 15. "refringuntque portam proximam*."

* Al. *maximam*. Fort. *portam proximam magnam*. Nam hactenus de portula.

— 11. 10. "Isque finis Hannibali fuit ea* parte* arcem oppugnandi. Reliqua erat in obsidione spes—."

* *aperte?* Cf. xliv. 12. 5., "Placuit igitur . . . quoniam *vis aperta* non processisset, operibus moenia oppugnare." In vulgata autem lectione debebat praepositio adesse *ab*: cf. iv. 59. 4., "*ab ea parte* Fabius obpugnationem ostendit."

— 14. 1. "cum multis vulneribus ac militum* pernicie."

* *militumque* scribit, nescio unde, Ellendtus afferens haec ad Cic. *de Orat.* vol. II. p. 32. Vide ad ix. 17. 6.

— 16. 7. "deducit Poenum, in locum* pacis Gracchum adducturus."

* Locus lacunosus, cujus restitutio iis, quae infra § 22. et 25. leguntur, accommodanda est:—*deducit Poenum in locum* [quemdam cavum haud procul a Veteribus Campis, quem esset in locum cum] *paucis Gracchum adducturus.*

Ibid. § 25. "Haec vera* fama est. Gracchus in Lucanis . . . periit. Sunt, qui . . . . Sunt, qui . . . . Adeo nec locus nec ratio mortis . . . constat."

* Quomodo veram hanc famam affirmat Livius, quum

pergat et alteram famam et tertiam tradere? quum triplicem famam eo epiphonemate prosequatur, ut dicat, adeo nec locum nec rationem mortis constare? Deinde debent illa "*Gracchus . . . periit*" non separatim interponi, sed cum prima fama epexegetice cohaerere. Opportune ergo cod. Berol. *gravis* offert pro *vera*: ipsum autem *vera* (cujus compendium est *u'a*) ex terminatione superlativi arbitror esse natum; et scribendum censeo: *Haec gravissuma fama, ut Gracchus in Lucanis perierit.*

— 19. 17. "adeo . . . . ut . . . evaserint; ceteri absumpti sint*."

* *sunt* edd. vett., quasi abrogato *ut* particulae imperio; fortasse recte: cf. xxiii. 49. 10–11., "adeo haud dubia victoria fuit, *ut* . . . , . . .; trinisque eo die castris potiti *sunt*;" xxiv. 31. 10–11., "cum tanto clamore ad arma discursum est, *ut* . . .: et ne fuga quidem eorum seditio compressa *est*." Adde nos ad Cic. *de Off.* i. 3. 8., ad Caes. *de B. G.* ii. 27. 1. (*Obss.* a. 1863. p. 19.)

— 22. 13. "ea . . . ita spreta, ut ultro dicerent* contumelias minarenturque*."

— Pro *dicerent* mallet quis *jacerent*: cf. Cic. *pro Sulla* 7. 23. Sed iterum dixit Livius *contumelias dicere* xxvi. 31. 5. Quid autem minabantur? Ego suspicor lacunam factam esse versiculi:—*minarenturque* [Hannibalis servitium]. *Hannibal*—. Cf. Sallust. *Jug.* 94. 4., "maledicere Romanis, . . . *Jugurthae servitium minari.*"

— 24. 13. "quae virtus ei fortunaque sua* dederat."

* *sua* (*summa*)? nimirum *omnia, quae . . summa*; quasi *omnia summa, quae*—; vide ad iii. 18. 6. Iterumque repono *sua* pro *sua* xlv. 14. 2.

— 25. 5. "Marcellus . . . inter Neapolim et Tycham (nomina* partium* urbis, et instar urbium sunt) posuit castra."

* Scribere jubet Gronovius *nomina ea partium* (sc. sunt, opinor). Ego retinendam appositionem illam censeo, *Neapolim et Tycham, nomina partium urbis;* nimirum ut *nomina partium* quasi periphrasis sit et pro *partes* accipiendum: vidd. Bouhier. ad Cic. *Tusc.* iii. 34. 83., Cort. ad Sallust. *Cat.* 2. 1., 6. 6. (qui etiam Livii exemplo utitur vii. 18. 6.), Cuper. et Burmann. ad Petron. p. 590. b, nos *Animadvv. in Fronton.* p. 10.; adde Cic. *p. Rosc. A.* 29. 79., *in Verr.* i. 15. 39., v. 32. 83., *p. Rab., P. R.*, 10. 27., et in ipsa appositione Liv. xxxv. 49. 8., "multa *nomina gentium* inauditarum, *Dahas* et *Medos*, cet.;" Curt. iii. 2. 9., "rubri maris *accolas, ignota gentium nomina;*" Senec. *Consol. ad Marc.* 13., "Vinctum ante currum egit *Persen, inclyti regis nomen.*" Atque etiam extra parenthesin ponendam censeo appositionem: *Neapolim et Tycham, nomina partium urbis* (*et instar urbium sunt*),—. De copula autem *et* in parenthesi supra ad i. 1. 3. Ceterum de Partibus Syracusarum, quae quasi urbes fuerint, consentit Cicero *in Verr.* iv. 53. 118.

— Ibid. § 8. "castraque tectis parietum* pro muro septa."

* Miram quamdam hypallagen intelligit Gronovius, *tectis parietum* pro *tectorum parietibus!* Plane pro deponendo habet Crevier. locum; neque quidquam audet Drak. Et tamen satis mihi quidem in promptu esse videtur *partium* pro *parietum* emendare. Nam de Partibus (sic, opinor, quasi justo et legitimo nomine appellatis) duobus urbis, inter quas Marcellus posuerat castra, quae instar urbium es-

sent, supra § 5. Ceterum, mediis omnibus in parenthesi acceptis, cohaerere haec censeo cum illis quae § 5. leguntur.

— 27. 12. "qui onerarias retro in Africam repetere* juberent,—."

* Fort. *repere*: cf. Pacuv. apud Varr. *de L. L.* vii. 2. 23., "Ferme aderant aequore in alto Ratibus *repentibus*." Idemque et hodie, opinor, verbum de tardo navium cursu nautis et iis qui de rebus scribunt nauticis in ore est. Onerariarum autem non poterat non, opinor, tardus esse cursus; ut quasi proprium quoddam et legitimum in his *rependi* verbum videatur. Sed haeserat *repetere* in animo librarii ex § 6., "metuens, ne . . . classis Punica *Africam repeteret*."

— 30. 11. "quia*, ne suis quidem satis credentes,—."

* *qui* Flor. a m. 2. Fort. *qui, jam ne s. q.*—.

— 31. 2. "quam incolumitatem sibi liberisque* suis."

* Liberorum si facienda mentio erat, facienda erat etiam conjugum. Fort. *rebusque*. Cf. xxxviii. 25. 7., "donec *res* suas . . . cum conjugibus ac liberis . . trajicerent."

Ibid. § 7. "Omnium sibi laborum periculorumque . . . nequaquam tantum fructum esse, quam* capere Syracusas potuisse*."

— Rectius codd. plerique *quod* . . . *potuisset*: ut significet laborum tot tantorum tam diuturnorum mercede inani atque infructuosa gloria captae urbis nequaquam posse se contentum esse, sed victori sibi utendum esse victoria sua. Nec secus Walkerus noster accipere volebat.

— 35. 9. "tamen, tuto* ut simul pugnarent procederentque, Scipio hortabatur."

* Recte in *tuto* haesit Crevier.; pro quo scribendum censeo *utut*, h. e. utcumque, quoquo possent modo. Non credidit librarius, posse *hortandi* verbum conjunctione carere *ut;* ex priore autem *ut* fecit *tu*, et *to* addidit. Omissa autem conjunctione Livius vi. 15. 10.

xxvi. 13. 14. "Nec injuria forsitan*. Nos quoque idem fecissemus."

* Mallem distinguere: *Nec injuria: forsitan nos quoque—*. Nam minime dubitantis formula est *Nec injuria*. Cf. Cic. *pro Rosc. A.* 40. 116., *ad Q. Fr.* iii. 8. 6., *de N. D.* iii. 9. 23.

Ibid. "cruciatus contumeliasque, quas sperat* hostis . . . effugere morte . . . possum."

* Flor. a pr. m. *perat*, ab altera *parat*. Scribe *paret*, h. e. quas potest hostis parare: non enim plane affirmationi hic, nec si *sperandi* verbum nec si *parandi* velis ponere, locus est, sed potentiali modo verbi, sicut recte potentialem restituit Cortius in illo Sallustii *Jug.* 76. 6., "quas victi ab hostibus poenas *metuerent*." Puerilis autem videtur loquendi modus *cruciatus contumeliasque sperare*. Ergo ex pronomine male adhaesit litera *s*.

— 21. 4. "quod, nisi . . . , non* decerneretur."

* Abest *non* a codd. fere et edd. vett.; recte: vide nos ad Sallust. *Jug.* 54., ad Cic. *de N. D.* i. 33. extr., et *Emendd. in Cic. Epistt.* p. 5.; add. Giese ad Cic. *de Div.* p. 356. Cf. xxxiv. 16. 1., xxxvii. 5. 2.

— 31. 3. "quis passos* esse hostilia, quum fecerint*, indignatur?"

* — * Fortasse: *quis passum sese hostilia, hostilia quum fecerit, indignatur?*

— 50. 5. "ipse, si frui liceret ludo aetatis, . . . veniam mihi dari sponsam impensius amanti vellem : tuo, cujus possum,* amori faveo."

* Non male Rhenanus, ad sensum quidem quod attinet, *cujus possum* pro *cujus sponsa est:* in cujus restitutione adquiescit etiam Drak. Mihi tamen in mentem venit ut malim *cujus potestas est*, nempe amoris, sc. ut vel favere velim vel obstare atque impedire. Significantius hoc; propius hoc ad codicum lectionem accedit. Nam scribebatur, ut opinor, *potestas* in compendio *pōās;* deinde, ex pronomine adscita litera *s.* non sane mirum est, si librarius, cujus jam in ipso Scipione sponsae mentione occupatus animus esset et ad tantumdem in altero isto exspectandum paratus, *spōsa* sibi visus est pro *spōās* legere. *Ludus* autem *aetatis*, ut hoc addam, jam Ciceronis est *p. Cael.* 18. 42.

xxvii. 5. 6. "ad exsolvendam* fidem a consule."

* Fortasse excidit *datam* post *exsolvendam.*

— 25. 3. "de M. Livio, praefecto . . . actum est, aliis senatusconsulto notantibus praefectum*, quod . . . , aliis—."

* Non nimis placet repetitum nomen. Fort. *notantibus praefracte eum.* Cf. Cic. *de Off.* iii. 22. 88., "Nimis mihi *praefracte* videbatur aerarium vectigaliaque defendere."

— 27. 5. "ni coepta ab Etruscis* fuga pavorem ceteris* injecisset."

*— * Suspicor post *Etruscis* excidisse *paucis.* *Ceteris* autem intellige utique Etruscis. Nam minime pavor ad Fregellanos quidem pervenit; nec satis apte dici potuit longe majorem numerum minori pavorem injecisse.

— 33. 10. "in necopinatam fraudem lapsos* esse."

* Fort *in fraudē delapsos.* Cf. Cic. *de Orat.* iii. 60. 226.

— 39. 2. "se cum invalido exercitu*, quoad tutum putaret, progressurum."

* Distinguendum: *se, cum invalido exercitu quoad tutum putaret, progressurum.*

— — 14. "reputantem, . . . quam lenta* urbium expugnatio esset."

* Fort. *quam lenta urbium expugnatio res esset.* Cf. xxxiv. 34. 2., "quum *res* tam lenta . . . oppugnatio urbium sit." Vide *Obss.* nostr. a. 1863. p. 14. At contra cf. x. 41. 13.

— 43. 7. "non minorem apud cives, quam hostes*."

* Iterari oportebat praepositionem. Fortasse postposita fuit, *quam hostes apud.*

— 47. 9. "alter per vada nota . . . tranavit*."

* At in vadis notis quid nando opus?

— Ibid. "fessique aliquot somno* ac vigiliis sternunt corpora passim."

* Possumus fortasse negative accipere (vide ad vi. 41. 4.); sed sic unum idemque bis erit dictum. Nec bene illa *aliquot . . . passim* jungi videntur. Ergo fortasse dedit Livius:—*ita desertum a ducibus agmen primo per agros palatur aliquot horas, fessique vigiliis somno sternunt corpora passim.* Cf. 48. 16., "*strati somno* passim per agros."

xxviii. 2. 4. "ceteros*, levem armaturam, in subsidiis posuit."

* Non dubito quin verius codices non omnes quidem, ut

credidit Gronovius, sed tamen satis multi *ceteram levem armaturam*. Cf. Cic. *Cat. M.* 20. 72., "integra mente *ceteris*que sensibus;" Cornific. *ad Herenn.* iv. 44. 57., "pro amicis et parentibus et *ceteris* necessariis;" Sallust. *Jug.* 92. 5., "erat inter *ceteram* planitiem mons saxeus;" ipsum Liv. xxiv. 5. 3., "Hieronem filiumque . . . differentes a *ceteris* civibus;" necnon xxvi. 36. 8., "ut . . . excitet . . . animos primum equestris ordinis, dein *reliquae* plebis." Et in pronomine quod est *alius* quidem plane usitata res est: vide Walker. ad ii. 17. 6., Walch. *Emendd.* pp. 58—60., nos *Animadvv. in Fronton.* p. 20., ad Cic. *de Fin.* iii. 12. 40., *de Off.* ii. 9, 31.

— 3. 1. "dissipatum passim* bellum."

* Abest *passim* a codd. aliquot et edd. vett.; idque videtur e superioribus frustra repetitum: quales repetitiones apud Sallustium sunt deprehensae *Jug.* 43. 1. *foedam*, et 61. 4. *clam*. Rectius autem adest idem adverbium infra 4. 3., et quidem cum exegesi qualem solet secum afferre: "disjectum *passim per provinciam*." Idemque licet suspicari 16. 13. omissum esse: "Ceteri . . . dissipati (*passim*) per proximas civitates sunt:" cf. 20. 8., "ex dissipata *passim* fuga."

— 6. 9–11. "haud facile alia infestior classi statio est: nam . . . Quum classem tam infesta* statio accepit, tum—."

* Mallet quis, variato epitheto, *infida*. Virg., "statio *male fida* carinis."

—7. 7. "inermis atque incompositus*."

* Fort. *incomposite*: cf. Curt. viii. 11. 22.

— 9. 1. "Q. Fabius Maximi* filius."

* Immo *Q. F. Maximus filius*; et *Maximus* jam habent

codd., opinor, uno excepto omnes. Et recte eatenus quidem certe Sigonius, quod docuit duos clarissimos viros Q. Fabium Maximum utrumque, patrem alterum, alterum filium, ita discriminis causa etiam appellari solitos esse, *Q. Fabium Maximum patrem, Q. Fabium Maximum filium;* adde xxvii. 8. 13. Et sic ego apud Ciceronem *Cat. M.* 4. 12. de Maximo patre agentem, "sed nihil est admirabilius, quam quo modo ille mortem *M. filii* tulit," notam *M.* pro *Maximi* accipio: quam edd. recc. fere omittunt, scilicet quia non *Marcus* sed *Quintus* esset Maximorum praenomen. Idem Cic. *ad Att.* ii. 24. 2., "Curio *filius*."

— 19. 9. "ita ut parti alteri* Laelius praeesset—."

* Deesse videtur versiculus: *ita ut parti alteri* [ipse Scipio, alteri] *Laelius praeesset legatus.*

— 19. 13. "sed feminae puerique supra animi* corporisque vires adsunt."

* Fortasse *supra annos*, ut interiora duo, item exteriora duo inter se respondeant, sicuti jam priora Chiasmi modo componuntur, *militaris aetas, viri, feminae puerique.*

— 22. 9. "quae illo die aut morte honesta aut servitute infami* finienda esset."

* *infimi* Gaërtn. Scribe *infima.* Quod vero habent codd. aliquot *servitute infinienda*, utique facilius aliquanto in nostra lectione syllabae duae intercipi potuerunt: *servitute infi*[ma fi]*nienda.* Sin voluerat Livius epitheton tale servitutis adhibere, quale honestati mortis responderet, credo Chiasmo usurum fuisse.

— 24. 15. "Mors Scipionis falso* credita* occaecabat animos."

* Suspicatus aliquando lacunam sum versiculi:—*falso*

[nuntiata et cupidius] *credita*. Nunc in edita lectione adquiesco. Cf. Curt. viii. 8. 15., "saepe etiam, quod *falso* creditum est, veri vicem obtinuit."

— 25. 13. "Omnia circumspectantes consilia* nihil reliqui habebant, praeter—."

* Fortasse *consilii*.

Ibid. "praeter non tutissimum a malis consiliis* receptum."

* Fortasse *consultis*. Cf. xxv. 16. 4., "ab occultis cavendum hominibus *consultis*que;" ubi olim edebatur *consiliisque*.

— 26. 12. "ad tribunal imperatoris*, ut ultro territuri—."

* Suspicor: *ad tribunal, imperatorem ut ultro territuri—*.

— — 14. "vultusque*, qualem ne in acie quidem aiebant meminisse*."

— Libenter ego quidem, vultus iste qualis esset, accepissem; et suspicor post *meminisse* aliquid deesse: *constans immotus?*

— 27. 7. "nisi tacta tractataque*."

* *atque tractata* codd. fere. Fort. *attrectataque*.

— — 11. "aut* tranquillum, aut* procellae."

— Immo, opinor, *haud . . , haud—*. Vide ad xxii. 2. 6.

— 28. 4. "Sed illi primum, non* Atrium Umbrum semilixam, . . . sed . . . secuti sunt."

* Lacuna manifesta versiculi: *non* [Albium Calenum, non] *Atrium Umbrum*. Nam cur potuit velle hoc loco

Scipio magis quam alibi collegam Atrii Albium quasi ignorare? Supra 27. 5., "vos auspicium et imperium ad *Umbrum Atrium et Calenum Albium* detulistis;" et § 15., "In praetorio tetenderunt *Albius et Atrius;*" infra § 9., 29. 10.

— 28. 13. "tamquam sine* duce Hispaniae futurae fuerint."

* Fort. *tamquam si sine*—: vid. Drak. ad xlv. 23. 12.

— 29. 3. "Insanistis* profecto, milites."

* Suspicor bis scribendum verbum esse:—*Insanistis, insanistis profecto, milites.* Cf. Cic. *pro Flacco* 22. 53., *pro Mil.* 8. 21., 31. 84.

— — 10. "praeconis audita vox . . . in consilio*."

* *in concilio* unus, unus *in concionem*. Consilium quidem, opinor, erat nullum, omniaque, nisi fallor, per se ipse agebat imperator. Fortasse:—*Praeconis audita vox citantis nomina damnatorum: illico nudi in medium protrahebantur.*

— — 11. "Tracti inde de medio omnes*."

* Cur additum hoc loco *omnes* magis quam supra, "*nudi* in medium *protrahebantur* . . . *deligati* . . *caesi* . . *percussi*?" Scribe: *Tracti inde de medio exanimes.* Polybius: εἵλκοντο διὰ μέσον ἀπηλλαγμένοι τοῦ ζῆν. Ceterum in utravis lectione notandum est masculinum de cadaveribus: cujus rei et alia multa apud Livium exempla sunt; sed, ut emendationis meae potius quam vulgatae lectionis habeam rationem, illud conferam xxv. 16. 24., "*Exanimen eum* Mago extemplo ad Hannibalem misit." Accurate magis Noster viii. 39. 14., "*corpus* Bruculi *exanime;*" et xxvi. 13. 18., "*corpora exanima.*"

— 32. 12. "neque enim cum pari* hoste certamen esse."

* Suspicor syllabam interceptam esse et reponendum *cum compari hoste.* Cf. xxxvi. 44. 7., "*compari* Marte."

— 34. 8. "illos quidem merito* perisse* ipsorum maleficio, ait, victuros* suo . . . beneficio."

— An ergo victuri isti jam perierant? Scribe *meritos perisse,* i. e. ut perissent. Nam ad perfectum infinitivi quod attinet, cf. ipsum *perisse* xl. 10. 5., "*perisse* (me) expetunt." Et sic in aliis saepe Livius: vid. Walch. p. 50.; adde xxii. 59. 10., "me *extulisse* velim;" xxx. 14. 6., "Hanc te . . . *adjecisse* velim;" xxxii. 21. 32., "*pepercisse* volunt;" xxxvii. 19. 5., "possumus . . . *perfecisse*;" xxxviii. 11. 9., xxxix. 14. 8., 17. 3., xlii. 11. 1.

— 41. 8. "Quin igitur ad hoc adcingeris, nec per* istos circuitus, ut,—."

* Scribe *nec petis istos circuitus.* Ergo perierat primum *is* syllaba in repetitione; deinde ex *pet* facile *per* exstitit. Cf. Curt. ix. 3. 14., "Cur *circuitu petis gloriam,* quae ad manum posita est?"

— 42. 9. "se . . . malunt potentes* in Africa esse."

* *potentissimos* edd. inde ab a. 1535. usque ad Drak.; *potentis* Puteanus, id quod potest ad *potentiss.* compendium spectare. Vide *Emendd.* nostr. *in Cic. Epistt.* p. 8., *Obss.* in Eumdem p. 5. Cf. Sallust. *Jug.* 110., "rex *maxumus in* hac terra."

Ibid. "Carthaginienses, quam quemquam alium*."

* Mallet quis *alienum* vel *alienigenam.*

— — 21. "non quia reipublicae id utile*, sed quia—."

* Excidit *sit*, opinor, ante *set* (*sed*). De subj. ad xxi. 40. 6.

— 43. 17. "illi ipsi tam infelici imperatori patuisse tamen portus Africae, et res egregias primo anno gessisse*."

* Non offendor ego in *eum* pronomine omisso. Nec tamen conjecturam, quae ultro oborta est, dissimulabo: *et res egregie primo anno cessisse.* Utra ergo melior lectio? Equidem dixerim tam infelici imperatori convenientius dici egregie res cessisse, quam ipsum res egregias (requirerem potius *egregias res*) gessisse. Et male *gesserat* pro *cesserat* codd. plerosque Horatii occupavit *Sat.* ii. 1. 31. Alia autem nostri verbi exempla dabit Forcellinus.

— 46. 14. "naves onerarias Poenorum . . . captas, . . . captivos Carthaginem perportantes*."

* Fortasse *reportantes.* Ergo advenientes naves frumentum commeatumque portaverant, redeuntes praedam captivosque portabant.

xxix. 13. 1. "provinciae, Cornelio Etruria . . . , Sempronio Bruttii, . . . decretae*."

* Fort. *decreti*, sicut saepe etiam post *consules* nomen, appositione sequente bipartita, vicinioris membri nomini accommodatur verbum. Vide inf. ad xxxvii. 15. 6.

— 18. 6. "ignobili atque inhonesta morte, temere nocte ingressus Argos, obcubuit*."

* Potest excidisse versiculus: [*a muliere tegula ictus*] *obcubuit*, qualis exegesis haud sane inexspectata post illa *ignobili atque inhonesta morte* accederet.

— — 17. "quum subito* conlapsa ruina sunt."

* Fort. *subita.* Vide ad Cic. *de Div.* i. 33. n. 11.

— 23. 9. "abnuentem alteram* societatem."

* Fort. *alterûm*, alterorum.

— 31. 10. "quam inter* Numidas*."

* Fort. *in terra Numidia:* v. Drak. ad xxv. 7. 4.

— 32. 10. "totaque Africa fama mortis Masinissae repleta* varie animos adfecit."

* *perlata?* Cf. Sallust. *Jug.* 13., "Ceterum *fama* tanti facinoris *per omnem Africam* brevi *divolgatur.*"

xxx. 14. 6. "non est . . . tantum . . . periculum*, quantum—."

* Scripsit Rhenanus *periculi*, frustra; sicut frustra Cortius apud Sallustium *Cat.* 28. 2., "quantum *periculi;*" frustra Victorius apud Cic. *de Fin.* ii. 17. 56. Vid. Wopkens. *Misc. Obss. Nov.* tom. X. p. 198.

— 28. 4–5. "sed cum Hannibale . . nato . . . alito atque educato . . . ; qui . . . ; ducere* exercitum—."

* Fort. *ducēte* (ducente); ut ad interruptam formam structurae redeat oratio. Synchysin figuram dicunt.

— 30. 23. "Inter . . . exempla M. Atilius quondam in hac eadem terra fuisset*, si—."

* Codd. fere *fuisse fertur qui si* vel *quasi.* Fort. *in hac eadem terra fuisset Africa, si—.* Cf. xxix. 23. 10.

— 34. 7. "non tamen ita perculsos iratosque* in aciem accepere."

* *fractosque?*

— 37. 11. "adversantibus paci, qui* arguerentur."

* *praedae qui arguerentur?* De postposito autem relativo ad xxiv. 5. 11–13.

— — 13. "postulantique ante omnia Scipioni, ut* Hannibal sibi traderetur, —."

* Mallem *Hannibal ut* —, postposita particula, id quod vis orationis videtur postulare.

xxxi. 1. 6. "bellum . . . haudquaquam comparandum, aut* virtute ducis, aut* militum robore."

— Fortasse *haud . . . haud.* Vide ad xxii. 2. 6.

— 2. 2. "Consultatio . . . integra ad consules, qui tunc in proelio* cum Boiis erant, rejecta est."

* Conjecit Gronov. in ed. 1. *ad consulem P. Aelium, qui tunc in Boiis erat.* Cujus conjecturae in vestigiis insistens Walkerus noster bene proposuit:—*ad consulis P. Aelii, qui tunc in Boiis erat, reditum rejecta est* (Adnotatt. Select. p. 180.). Propius etiam aliquanto, censeo, sic accedas: *ad consulis, qui tunc P. Aelius in Boiis erat, reditum rejecta est.* Nam ad trajectionem quod attinet, *consulis, qui Aelius* pro *consulis Aelii, qui* —, usitata res est: vide ad iii. 18. 6.

Ibid. § 9. "ceteri in castra metu* compulsi."

* Jam ante pavor fugaque ceperat. Nunc septem millibus hominum caesis et ipso duce amisso, supervacaneum videtur de *metu* admonere. Nec minus, opinor, vi hostium sunt compulsi. Fortasse *in castra Mutilum compulsi.* Vide § 7.

— 7. 8. "Ne aequaveritis Hannibali Philippum,

ne Carthaginiensibus Macedonas; Pyrrho* certe aequabitis."

* Manca videri potest comparatio, cui sic fuerit satisfaciendum, *Pyrrho certe et Epirotis aequabitis;* eo magis quod etiam infra bipartita continuatur comparatio: "quantum vel vir viro vel *gens genti* praestat!" Et potuit librarius, dum praemisso dativo properat suum reddere verbum, excludere *et Epirotis.* Potest etiam versiculus integer Archetypi excidisse, *et genti Epirotarum.* Etsi nolunt saepe scriptores nimis diligenter aequabilitatem persequi membrorum et malunt aliquid in intelligentia lectoris reponere. Vide ad Cic. *de Fin.* ii. 33. 110. n. 5., iv. 12. 31. n. 3.

— — 11. "Nec Tarentini modo . . . , sed Lucanus, et* Bruttius et* Samnis a nobis defecerunt."

— Fortasse *set* (*sed*) *Bruttius*, *set* (*sed*) *Samnis*. Vidd. Gronov. et Drak. ad iii. 11. 2.; adde nos ad Cic. *de Fin.* ii. 14. 45. n. 30. Etsi de plurali verbo potest dubitari.

— 27. 3. "dicta aspernabantur*."

* Suspicor agnoscendum simplex esse et hic et infra xxxii. 21. 34., xl. 4. 3.; quod in codice quodam meo etiam apud Sallustium reperio *Cat.* 3. Et exstat apud veterum imitatorem Frontonem simplex *de Eloquentia* p. 164. ed. Rom. 1846., pietatem *spernabere?*"

— 33. 7. "Movisse . . . sciebat*, quam regionem petisset ignorans*."

— Poterat aliquis exspectare potius *sciens . . . ignorabat*. Vid. Cortius ad Sallust. *Cat.* 57. 2.; adde nos ad Cic. *de Fin.* ii. 20. 64., *de N. D.* ii. 45., *Cat. M.* 8. 26. Jam vero quod continuo sequitur apud Livium: "is quoque speculatum miserat equites," videor ante haec *itaque* particulam desiderare: de qua videndus Madvigius ad Cic. *de Fin.* p.

40. Cf. ii. 64. 8., "per quos (*dies*) ingens vis hominum . . . in castra *venit*, haud *dubitans*, . . . *Itaque*—." Etsi aliquoties ipsa ellipsis particulae hujus justa et legitima agnoscenda est: vide nos ad Cic. *de Fin.* v. 18. 49.; adde Livium nostrum xxv. 16. 6.

— 48. 8. "si non cum* praetoris sed consulis exercitu* rem geri voluerit."

— Fortasse: *si non quam primum, sed consule exspectato rem geri voluerit*, ut respondeatur ad id quod consulares dixissent (§ 3), exspectandum fuisse consulem.

— 49. 7. "quindecim* millia Hispanorum eo proelio dicuntur* caesa."

— Non video cur necesse habuerit Livius *dicendi* verbo sibi cavere, ne incredibilem numerum tradere videretur: quod recte fecit alibi, ut xxii. 49. 15., xxiv. 49. 4., xxxvii. 44. 1. Itaque suspicor majorem aliquanto numerum subesse. Fort. *XL*.

xxxii. 2. 3. "Petentibus deinde, ut . . . obsides sibi redderentur, centum* redditi obsides*; de ceteris . . . spes facta."

— At non plures quam centum fuerant dati, xxx. 37. 6. Deinde otiosum iteratum *obsides* nomen. Fortasse: *seniores redditi omnes;* puta qui hoc tempore triginta annis majores erant.

— 21. 34. "aspernanda*."

* *spernenda* Bamb. Fort. *spernanda:* vide ad xxxi. 27. 3.

— 26. 16. "de quingentis* fere hominibus . . . supplicium sumsit."

* Non credo de numero. Suspicor: *de quinquaginta ex*

quingentis, ut decimus quisque fuerit supplicio affectus. Codd. aliquot *de sex fere ;* et potest fortasse *sex* numerus ex *L.* nota et *ex* praepositione esse ortus.

xxxiii. 10. 5. "Ceterum ab ignaris militibus omissam ab hoste pugnam, . . . impetus in eosdem* factus."

* Mallet quis *in eos dedentes se* vel *dedititios.*

— 11. 10. "ut . . . essent* et viderentur."

* Geminam copulam videor requirere, *et essent et viderentur.* Nota oppositio est verborum *esse* et *videri:* vide ad Cic. *de Off.* i. 19. 65.

— 17. 11. "ni exsules quidam . . . ab* arce milites accepissent*."

— Fortasse *arcem ab milite vacuam cepissent.* Capta autem arce credibile est exsules ibi armorum copiam invenisse atque ita armatos decucurrisse. Cf. xxviii. 20. 2–5., "conspexerunt . . . partem . . . *ab defensoribus vacuam* . . . . inde decurrunt—."

— 27. 5. "ad concionem vocari jussit Lacedaemonios, atque eorum concioni* satellites armatos circumdedit."

* Non placet repetitum nomen. Fort. *coronae:* vide ad Cic. *de Fin.* ii. 22. 74., *de Off.* ii. 14. 48. Cf. xxviii. 29. 10., "Exercitus *corona* concionem circumdederat."

— 52. 9. "inter quos Demetrius regis Philippi filius* fuit, et Armenes, Nabidis tyranni filius*, Lacedaemonius."

— In Lov. 3. deest prius *filius,* posterius locum mutat. Delendum censeo utrumque: vide ad i. 3. 9.

— 61. 8. "Vocari Aristonem debere, et quaeri*, quid venisset."

* Vide ad vii. 33. 16.

xxxv. 19. 4. "toto orbe terrarum quaerens aliquos* Romanis hostes."

* Mallem *alios atque alios:* vide ad xxiv. 20. 9.

— 51. 4. "palatos passim adgressus, eos* cecidit, ad quinquaginta vivos cepit."

* Mendum esse in pronomine et numerum latere caesorum censuit Crevier. Ego *cos* (ceteros) scribendum censeo; nempe praeter quinquaginta istos vivos captos. Nam, ad inversum ordinem quod attinet, nihil Livio usitatius: ut i. 1. 1., 8. 2., ii. 2. 9., 11. 3., iii. 14. 6., iv. 10. 4., 60. 4., et passim. Jam vero quod sequitur "*perpauci effugerunt,*" cf. 27. 8., "Ferro flammaque *omnia* absumta: *perpauci tamen . . . perfugerunt.*" Ubi videtur neutrum istud *omnia* etiam masculinum complecti: cf. xxii. 27. 9., xxiv. 38. 7., 45. 6., xxvi. 40. 14.

xxxvi. 3. 10. "quum legatis, toties repetentibus res, nec* reddi nec satisfieri aequum censuissent."

* Sublatis distinctionibus jungendum censeo: *res nec reddi nec satisfieri.* Nam quod sic videri potest prior particula *nec* quasi non suo esse loco posita (mallet quis *nec res reddi*), vide nos ad Cic. *Cat. M.* 3. 7. n. 20. Cf. ix. 9. 9., x. 19. 15., xxxi. 45. 13.

— 5. 6. "integra sibi omnia apud exercitus* Romanos essent."

* Fortasse *extrinsecus apud Romanos.*

xxxvii. 5. 2. "nisi . . . , . . . non* reducturum."

* Omittunt *non* Lov. 1. et 3.: vide ad xxvi. 21. 4.

— 15. 6. "Patara, caput gentis, in societatem adjungenda*."

* *adjungendum* codd. aliquot, recte: vid. Krueger. *de Attract.* § 23. Nec ratione caret res. Quippe non ob id Patara, quod Patara essent, sed quod caput esset gentis, censuit adjungenda. Cf. xxvi. 5. 11., "Major vis . . . , Hannibal et Poeni, *urguebant;*" xxxiv. 56. 3., "cui Ligures provincia *evenerat;*" xxxviii. 25. 13., "ni statio pabulatorum, sexcenti equites, *obcurrissent;*" xxxix. 8. 7., "Nec unum genus noxae, stupra promiscua . . . , *erant;*" xl. 57. 6., "si et Dardani, gens . . . , *tolleretur;*" xli. 13. 4., "Lunam colonia . . duo millia civium . . *sunt deducta;*" 14. 9., "Cui Pisae provincia *obvenisset.*"

— 43. 1. "Praeerat castris M. Aemilius . . . Is . . . cum praesidio omni* obcurrit."

* *omnium* codd. fere; unus *suorum.* Fortasse *cum praesidio castrorum.*

— — 9. "Ceterum fugientibus major pestis, intermixtis . . . , et* sua ipsorum turba."

* Potius *ex,* opinor.

— 44. 1. "mille et quadringenti capti, et* quindecim cum rectoribus elephanti."

* Fortasse: *mille et quadringenti capti. Capti et quindecim—.* "Nam de elephantis quidem potuit, opinor, satis constare. Cf. xxiv. 16. 4., "alii omnes caesi aut capti. *Capta et* signa duodequadraginta."

— 45. 11. "Animos, qui nostrae mentis* sunt, eosdem in omni fortuna gessimus gerimusque."

* Fortasse potest hoc ferri, animos nostros mentis nostrae esse, h. e. in mentis potestate. Nihilominus sic ego tentavi: *Animos, qui nostra in manu sunt.* Cf. xxx. 30. 19., "haec *in tua*, illa *in deorum manu* est;" xxxiv. 21. 2., "Non esse *in manu* ipsis rempublicam; praedones receptos totum *suae potestatis* id castrum fecisse." Adde ejusd. libri 2. 11., 7. 11., xxiv. 14. 8., xxvi. 8. 11. Ad rem autem bene Walkerus contulit Horatianum illud: "Det vitam, det opes; *aequum mi animum ipse parabo.*" Et Cic. *de Nat. Deor.* iii. 36. 88., "fortunam a deo petendam, *a se ipso sumendam esse sapientiam.*" Addas ibid. 28. 71., "Sed a deo tantum rationem habemus, . . . *bonam, non bonam a nobis.*"

— 51. 10. "nihil tamen aut de consule mittendo in Asiam mutandum, aut minuendas* ejus copias, censuerunt."

* Exspectet quis *aut de minuendis ejus copiis.* Nunc videtur Livius simul pro nomine simul pro adverbio *nihil* posuisse, *nihil mutandum, nihil minuendas.*

— 52. 6. "omissa in id* verecundia."

* Non video, voculae istae *in id* quid afferant emolumenti. Cf. xxiii. 3. 10., "quum aliquis *omissa verecundia* quempiam nominasset." Fortasse *omissa adeo verecundia*, vel *ista;* nisi malis *omissa nimia verecundia.*

xxxviii. 9. 14. "signa . . . sublata omnia avectaque: nihil praeterea* tactum violatumve."

* Fort. *nihil privatae rei.*

xxxix. 1. 5. "**quae et ipsis* capere* labor erat et —.**"

* Corrigunt VV. DD. *ipsa* pro *ipsis*. At mihi ne illud quidem placet, dici *capere* montes, hoste nullo prohibente. Fort. *quae et ipsa scandere*.

— 2. 8. "**deussit depopulatusque* est.**"

* *populatusque* codd. aliquot; recte, censeo: vide nos ad Cic. *de N. D.* i. 5. n. 16., *de Off.* i. 34. 122., *Lael.* 9. 30., *de Fin.* iii. 11. 36., 15. 48.

— 8. 6. "**Quum vinum animos* et nox et mixti feminis mares . . . discrimen omne pudoris exstinxissent.**"

Fortasse: *Quum vinum ac vini mos*; i. e. vinum et quae vinum sequuntur: cf. xxxvi. 11. 2.

— 12. 8. "***neganti ultra quidquam scire* non eamdem*, dicere, *si coarguatur . . . gratiam fore*.**"

* Distinguendum censeo: "neganti ultra quidquam scire, *non eamdem*, dicere, *si coarguatur* — ;" ut ista *neganti ultra quidquam scire* a consulis verbis separentur.

— 29. 9. "**multi inde fugerunt, de multis sumtum est supplicium*.**"

* *judicium* Harl. unus. Scripserat ergo Livius: *multi inde judicium fugerunt*. Cf. Sallust. *Jug.* 61., "qui . . . *inde . . judicium fugerat*." Adde ipsum Livium supra x. 46. 16., ubi vide.

— 36. 4. "**inclitamque per gentes Lycurgi* disciplinam sublatam.**"

* *discip. Lycurgi* codd. plures. Delendum censeo proprium.

— 37. 13. "re apud Achaeos precaria libertas, apud Romanos etiam* imperium est."

* *et* Lov. 6. Fortasse *jus apud Romanos et imperium est.* Cf. Sallust. *Jug.* 14. 1., "*jus et imperium* penes vos esse;" Justin. xxxix. 1. 9., "ut nomen regis penes filium, *jus* autem omnis imperii penes matrem esset;" ipsum Liv. xlv. 13. 15., "dominium et *jus* eorum qui dederint esse."

— 39. 2. "Cn. Licinius et L. Pupius . . . et C. Valerius flamen Dialis et Q. Fulvius Flaccus (is . . . maxima ex omnibus contentione) petebant*, certamenque ei* cum flamine erat."

* — * Non bene constitutus locus videtur, neque enumeratione competitorum isto modo per verbum plurale clausa commodam habet *ei* pronomen ad antecedens suum relationem. Et scribendum censeo:—*Cn. Licinius et L. Pupius . . . et C. Valerius flamen Dialis et Q. Fulvius Flaccus — is . . . maxima ex omnibus contentione petebat, certamenque ei cum flamine erat.* Sic nominativi quatuor sine verbo abibunt, quod legentis cujusque animus properabit per syllepsin figuram reddere.

— 49. 1. "Philopoemen praetor eorum capitur, ad praeoccupandam Coronem [profectus*,] quam hostes petebant, in valle iniqua cum equitibus paucis oppressus."

* Abest a codd. *profectus.* Quomodo ergo potuit excidere? Nec placet concursus iste participiorum, *profectus . . . oppressus.* Mihi videtur integer archetypi codicis versiculus excidisse, *quum esset profectus*, a *quum* particula scilicet ad relativum *quam* oculo librarii aberrante.

xl. 4. 3. "in viduitate relictae filiae, . . . Theoxena, multis petentibus, aspernata* nuptias est."

* Suspicor: *aās* (alteras) *spernata*. Vide ad xxxi. 27. 3.

— 11. "cum gravi edicto, ne reverterentur sine* ea."

* Segniter in fine addi videntur ista *sine ea*. Quanto melius *sine ea ne reverterentur*. Quin etiam mallem equidem etiam praepositione postposita *ea sine*.

— 7. 6. "Omnes se* ire* conclamarunt praeter eos, qui —."

* Non credo scripsisse Livium ista *se ire*. Quibus omissis *conclamarunt* verbum interpretandum erit: cum clamore exceperunt et adprobaverunt, sc. id quod dixerat Demetrius. Cic. *in Verr*. iv. 64. 143., "*Conclamant* omnes, et adprobant ita fieri oportere." Idem *pro Flacco* 7. 17., "quod . . . se velle dixit, id . . . *conclamarunt*."

— 14. 6. "Si quaeram, unde id ipsum scieris? necesse erit te* fateri*, aut . . . aut —."

* Quod additae sunt a Gelenio duae voces *te fateri*, id censeo citra necessitatem esse factum.

— 15. 12. "quum quid aliud, quam ingenii fama*, periclitarer?"

* Tollenda distinctio post *fama*. Neque enim jam ad *quid aliud* referendum verbum est. Elliptica autem dicendi ratio est:—*quid aliud* (facerem) *quam ingenii fama periclitarer?*. Quod genus larga manu ad Ciceronem illustravi *Cat. M.* 16. 58.; add. Manut. ad *de Fin*. v. 21. 59. Quin sic ipse saepe Livius:—ii. 43. 8., iii. 19. 6., v. 2. 11., xxx. 35. 8., "si *nihil aliud*;" xxiv. 36. 7., "cernens *nihil aliud* ab

suis, quam inopia adgravari socios;" xxvi. 20. 3., "*nihil minus*, quam vereri, —." Caesar. *de B. G.* v. 33. 1., "*haec ipsa.*"

— 16. 2. "inquirendo in utriusque vitam, mores*."

* Videtur aliquid excidisse, vel ab initio, *victum, vitam, mores*, in literis *vi* iteratis causa exstante lacunae (cf. Cic. *in Verr.* iii. 5. 11., v. 72. 187.); vel medium, *vitam ante actam atque mores;* ut versiculus exciderit archetypi; cf. xxiv. 25. 1., "ab *ante acta* vita orsus;" xxviii. 40. 9. "vita *acta* et mores mei;" adde nostra ad Cic. *Cat. M.* 11. 38. n. 40. et *Obss.* a. 1863. p. 10.; vel denique in fine, *vitam, mores, familiares*, ut in homoeoteleuto aberraverit librarius. En, lectori eligendi facta copia est!

— 33. 2. "non quia ipsi cunctati sunt*."

* Immo *sint*: vide ad xxi. 40. 6.

— 38. 3. "Ager . . erat . . , qui Taurasinorum [fuerat. In eum quum]*—."

* Lacuna versiculi; et quidem literis quindecim, si modo recte explevit Gronovius, sexdecim autem, si repones *In quem*—.

— — 6. "in novas aedes* . . . quae opus essent."

* Fortasse *in nova sede.*

— 43. 3. "Se jam tria millia hominum damnasse et crescere sibi quaestionem indiciis*."

* Scribe *in dies.* Cf. i. 4. 9., ii. 27. 13., iii. 12. 7., 62. 4., iv. 6. 5., xxi. 25. 14., xxvii. 36. 1., xxviii. 40. 8., 46. 11., xxx. 28. 1.

— 48. 6. "qui ad castra* obpugnanda venerant, ne sua quidem tueri potuerunt."

* *castra nra* (nostra)?

— 49. 6. "quaesivit ab eo*, *ne sibi liceret ac suis vivere ?*"

* Fortasse: *quaesivit, adeone—*.

Ibid. "quaesivit iterum, *si cum Romanis militare licet* ?*"

* Scribe *liceret*.

— 55. 4. "forte vocatum* . . . vocari juberet."

* Scribe *cōvētum* (*conventum*). Cf. inf. 22. 1., xli. 22. 1., xlii. 17. 8., xlv. 28. 8., supra i. 58. 6., vii. 5. 3., xxxiii. 35. 7., xxxiv. 61. 3., xxxvii. 7. 6., 16. 14.

— — 8. "et infelicitatem suam in liberis graviorem, quod alter* perisset, censebat."

* Corrigunt VV. DD. *superesset;* recte, ad sensum quod attinet: cf. 56. 4.: cui quidem aeque consulas in codicum lectione addita negandi particula.

— 57. 9. "recuperaturum se in Graecia*, quae amisisset."

* Mallem distinguere: *recuperaturum se, in Graecia quae amisisset*. Vide ad xxiv. 5. 11–13.

xli. 7. 9. "quod peditum, quod equitum in castris fuerit*. ceteros inermes fusosque, ante omnes consulem ipsum . . . fugisse."

* Addi potest *inultos trucidatos* (cf. xxv. 16. 19.), ut versiculo explenda lacuna sit. Sic omnia in majus. Nam neque equites quidem ulli in castris erant, neque qui pedites relicti erant inulti sunt caesi, neque ceteri omnes inermes fugere (cf. 2. 8., 3. 4.), neque ante omnes consul ipse fugit, sed plane contra postremus.

— 23. 11. "quem populus Romanus prius poenae*, quam regni, heredem futurum sciebat."

* Recte eatenus, opinor, Rubenius et Muretus, quod pro *poenae* reponunt *paene* (vide ad iv. 32. 2.). Quorum ceteroqui non aeque placent emendationes, Rubenii quidem, *quem belli in populum R. prius paene quam regni;* Mureti autem *q. populi R. hostem.* Nam neque bellum tunc gerebatur, cujus heres esse posset Perseus, et animo quidem filius jam hostis erat. Fortasse: *quem perduellem populi R. prius paene quam regni heredem futurum sciebat.* Cf. xlv. 16. 7., "*perduelles* superati Perseus et Gentius reges."

— 24. 12. "ut Philippi unius injurias, si quae forte fuerunt, * * * utique post mortem."

* * * Puta *nullas esse oporteat,* ut versiculi sit lacuna.

xlii. 23. 10. "non sibi magis misericordiam, quam regi*."

* Explet Sigonius *quam regi invidiam concitarunt.* Melius sic, censeo, suppleas: *quam [invidiam fecerunt] regi;* ut chiasmi modo nomina componantur. Lacuna versiculi, ut alibi.

— 24. 3. "clandestinum eos . . consilium . . habuisse, unde praeterea* legatos . . . mitti."

* Fortasse *praeterire.* Cf. xxxviii. 17. 1., "Non me *praeterit,—.*"

— 25. 8. "avaritiam superbiamque Romanis objicientem* frequenter*."

* Suspicionem proposui ad Sallust. *Jug.* 111., receptam esse interpretationem pro frequentativo *objectantem.* Cf. Tacit. *Hist.* iii. 31. extr., "*superbiam . . . objectabant.*"

29. 2. "quod scelere ejus* prope ut victima mactatus Delphis esset."

* Ferendum censeo pronomen, etiam non praemisso proprio. Nam primum scripsit Livius omnes reges civitatesque intenta cura bellum exspectasse. Nunc pergit nominatim reges singulos, quomodo quisque in Persea fuisset animatus, persequi. Et sic occupato animo potuit, opinor, Livius quasi proprium non jam in vicina oratione sed utiqu in cogitatione ipsius positum respicere. Adde nostra ad Cic. *de Fato* 1., *de Fin.* v. 15. 43.; adde ipsum Liv. ix. 18. 6., "*illis* . . . populus Romanus."

— 34. 11. "viginti duo stipendia annua in exercitu* emerita habeo."

* Dubito quam Latine, morem Romanum militiae si spectes, dici possit aliquem duos et viginti annos stipendia *in exercitu* fecisse, quasi de exercitu uno et constante et continuo et numquam dimisso, quales hodiernae gentes alunt. Latine, opinor, si operae pretium esset, posses dicere *in alio atque alio exercitu.* Etsi isto modo ante Cortium legebant et nonnulli etiam hodie legunt apud Sallustium *Cat.* 59. 6., "quod amplius annos triginta . . . *in exercitu* fuerat."

— 43. 1. "Marcius auctor fuit mittendi Romam legati*."

* Non unius; nam mox "*legatis.*" Fortasse: *Marcius auctor fuit mittendi Romam, legatis quum experienda omnia . . . censuisset.* Vel etiam geminato nomine, *mittendi Romam legatos, legatis quum—.*

— 50. 11. "Postremo ita . . . quaeri*, ut . . . conveniat,—."

* Fort. *haberi,* ut macrologia quaedam sit pro *convenire:* vide ad Cic. *de Off.* i. 3. 8.

— 58. 4. "miles* ad sua quisque tentoria discurrit."

* Fort. *milites*. Vide ad ii. 7. 1.

— 61. 9. "alacres . . . ante ora* sua audivere."

* Fort. *antè acta sua.*

— 62. 10. "*urbibus . . . cessurum primum**. haec legati."

* Scribe *cessurum*. *Per interpretem haec legati.*

xliii. 5. 2. "agros . . . depopulatum* C. Cassium esse*."

— Suspicor supinum esse *depopulatum*, pro *esse* autem utique *isse* scribendum esse. Cf. iii. 3. 10., "*populabundus isset*;" xxxiv. 48. 1., "*populantem isse*."

— — 4. "propter quam causam* consuli pro hostibus fuerint."

* Stare potest, fateor. Etsi mallet quis *noxam*.

— — 9. "ut denorum equorum iis commercium* esset."

* Jus emendi interpretantur. At non magis ad emendum pertinet *commercium* quam ad vendendum mutandumve. Nec potest commercium in definito numero subsistere; nisi forte commercium exercere dici potest si quis semel in vita aliquid emit. Ac mallem:—*ut denorum equorum iis commercandi venia esset.* De gerundii autem usu (in quo potuit indoctus librarius haerere) ad Cic. *de Fin.* i. 18. 60.

— 12. 3. "peditum Romanorum sex* millia, sociorum . . . sex* millia."

— Mirum si sic perfunctorie bis scripsit Livius *sex*

millia. Itaque suspicor in posteriori loco notam *IV.* pro *VI.* reponendam esse; quem numerum arbitror satis equitum sociorum numero (trecenti erant) respondere potuisse: cf. § 11.

— 14. 5. "Id praetoribus magna Patrum*, non sine sugillatione consulum mandatum est."

* Supplet Sigonius quidem *consensione,* qua voce non alibi, opinor, est Livius usus; et *summo* potius *consensu* arbitror dicendum fuisse. Ego suspicor versiculum excidisse:—*magna Patrum* [*et plebis concordia*]. Nam etiam plebis rationem aliquam habitam esse, potest ipsum *mandandi* verbum facere significationem: de quo Cortius ad Sallust. *Cat.* 23. 5., Heindorf. ad Hor. *Sat.* i. 6. 20. Nec verisimile est, adversa plebe plebis tribunos adeo prompta voluntate ad suscipiendum negotium fuisse. Et respondet eventus: 15. 1.

— 15. 4–5. "decrevere Patres, ut . . . consuli darent. Indigne patiente* praetorum arbitrio consulem subjectum, dimisso senatu, ad tribunal praetorum stans postulavit, ut—."

* Corrigendum censeo:—*consuli darent, indigne patienti praetorum arbitrio consulem subjectum. Dimisso senatu, ad tribunal praetorum stans postulavit, ut* —. Nam, etsi sic paulo laxius participium applicabitur, tamen melius multo haec *indigne &c.* cum superioribus cohaereant. Quippe indignabatur statim in ipso decreto facto consul. Sed pressit indignationem, paruit decreto, stetit ad tribunal. Cujus patientia victi praetores eligendi arbitrium ipsi permiserunt.

— — 7. "causas stipendiis* missorum cognoscebant."

* Suspicor: *sine stipendiis.*

— 17. 8. "quod bello captis* et hostibus* mos esset."

* — * "Non pejus," ait Gronovius, "foret *captos et hostes*." Vide ad v. 54. 6.

— 18. 11. "exire . . . jussis primum* arma ademit."

* Credit Crevier. alterum membrum quoddam excidisse; frustra: vide nos ad Cic. *de Fin.* i. 6. 17., *Cat. M.* 13. 45., *de Off.* i. 14. 44.

— 21. 1. "moveri* non ausus."

* *novae rei nihil ausus?*

— 22. 10. "maxime, quod hostium haud procul inde hiberna erant."

* Recte Crevier. jungit:—*maxime, quod . . . erant, territus.* Nam, ad superiora ut referenda essent haec, *essent* scribendum erat.

— 23. 2. "sub radicibus prope inviis* montium."

* Fort. *ipsis.* Cf. Sallust. *Cat.* 57. 3.

— — 3. "qui Epirotarum gentem* habebat."

* Fort. *juventutem.*

xliv. 6. 3. "Ipse, . . . raptim . . . congestis, ocius* demigrare Pydnam cogit."

* Abundat *ocius.* Aegre autem potest significatio aliqua oppidanorum abesse. Ergo videtur male lectum compendium *ois* pro *omnis.* Cf. Diodor. Sic. apud Drak., *π ά ν τ α ς . . . ἀνεχώρησεν εἰς Πύδναν.* Mavult autem saepe Livius in oppido aliquo per synesin quamdam respicere potius incolas quam diserte nominare: vid. J. F. Gronov. ad ix. 41. 3., xxxviii. 29. 9., necnon nos ad Sallust. p. 199. *b.*

— 8. 2. "quia manenti imperatori* proelio dimicandum foret."

* *imparato? impranso? in inopia rerum?*

— 14. 12. "Per quos* stetisset,—."

* Fort. *uos* (utros): cf. 19. 14., "per *utrum* stetisset."

— 23. 8. "Ibi ea, quae convenerant, circumfuso agmine equitum facta*."

* Fort. *pacta,* confirmata pacto, in justam et sollemnem pactionis formulam et sanctitatem redacta. Cf. xxiv. 6. 7., "*Pacto convenit,* ut—." Solent autem saepe *factus* et *pactus* in libris permutari: vid. Drak. ad iv. 4. 10. (Recte Gronov., opinor, *convenerant* pro *-runt.*)

— 29. 4. "Popillius aut Eumenis* naves* subcurrebat."

* *Eumenes nave?*

— 34. 4. "cetera scire* . . . curae esse."

* Fort. *cetera certo scire:* de qua formula vide nos ad Cic. *Cat. M.* 1. 1. Nisi malis *cetera scilicet,* et haec a participio aliquo omisso pendere.

— 36. 9. "Ne hostem quidem* ludificatos priores imperatores . . . manibus emittere*. Vereri,—."

* Fort. *Ne hostem, quemadmodum ludificatos priores imperatores, . . . manibus emittere velit.* Mox § 10.: "*sicut* prioribus ducibus."

— 41. 7. "si vero . . . aliquid tumultus increpuit*."

* Immo *increpu'it,* h. e. *increpuerit:* vide nos ad Sallust.

Jug. 58., ad Cic. *de Fin.* iii. 5. 17., v. 15. 42., *Cat. M.* 19. 71.; adde Liv. ix. 6. 2.

xlv. 3. 3. "legatos Rhodios nondum* missos . . . in senatum vocatos esse."

* Fort. *nondum domum missos.*

— 4. 2. "quum literas . . . per* ignobiles tres legatos cerneret."

* Fort. *perferri per.* Simul notare libet *quum* particulam inconcinnius iterari: *quum* . . . haberet, *quum* . . . cerneret. Vide nos ad Cic. *de Fin.* v. 10. 28., *de Off.* iii. 22. 86.

— 4. 6. "Sensit Perseus, cujus* nominis* obliviscendum victo esset*."

* Fort. *conditionis obliviscendum victo esse.* Cf. xxxvi. 28. 6., "tandem, cujus *conditionis* essent, sensere." Adde ibid. § 9.

— 7. 4. "Pullo amictus illo* Perseus ingressus est castra, nullo suorum alio* comite."

— Fort. *Pullo amictus amiculo . . . , nisi filio, nullo suorum alio comite.* Et *pullo amiculo* quidem jam Turnebus conjecit: qui tamen volebat participium abesse; frustra, opinor, hoc quidem: cf. Cic. *de Div.* ii. 69. 145., "visus est in somnis amicae esse *amictus amiculo.*"

— 9. 7. "dum ad se quisque opes rapiunt, lacerantes viribus*."

* *laceratis visceribus?* Cf. xxii. 38. 6., xxxii. 21. 18., xxxiii. 44. 8., xxxiv. 48. 6.

— 10. 11. "si tamen populo* foret."

* Fort. *si tamen populo foret volenti.* Vide ad xxi. 39.

4.; adde Fronton. *de Feriis Alsiens.* p. 153. ed. Rom. 1846., "*libenti.*"

— 14. 2. "aequitate sua* postea . . . omnibus functum officiis."

* Iterum reponendum *sua* (*summa*) pro *sua* censeo, ut xxv. 24. 13.

— 18. 3. "Metalli quoque Macedonici . . . locationesque* praediorum."

* Importuno loco positam copulam censet Drakenborch. Vide ad ix. 17. 6.

— 37. 2. "Itaque, antiqua disciplina habiti, neque fecerunt."

* Fort. *neque fece*[runt seditionem neque cogita] *runt.*

— 44. 18. "munera sibi ipsum emisse*."

* Fort. *munera sibi ipsi missa remisisse.*

INDEX.

OPERA HENRICI ALANI LITERARIA

JAM EDITA SUNT:—

I.

DOCTRINA COPULARUM LINGUAE LATINAE; sive de vi atque usu elegantiori Particularum *AC*, *ATQUE*, *ET*, *-QUE*, deque earum formulis, Commentarius. 12. *Londinii*, 1830.

II.

C. SALLUSTII CRISPI de Catilinae Conjuratione deque Bello Jugurthino libri. Codd. scriptis simul impressisque quadraginta amplius collatis recensuit, *etc.* 12. *Ibid.* 1832.

III.

M. TULLII CICERONIS de Natura Deorum libri tres. Codicibus Musei Britannici collatis sex recensuit atque animadversionibus criticis instruxit—. 12. *Ibid.* 1836.

IV.

———————————— de Divinatione libri duo; ejusdem liber de Fato. Cum Codicibus Harleianis contulit atque emendavit—. 12. *Ibid.* 1839.

V.

CONJECTURAE Animadversionesque Criticae in M. Cornelii Frontonis et M. Aurelii Imperatoris Reliquias a V. C. Angelo Maio anno MDCCCXXIII. Romae editas auctiores. 8. *Dublinii*, 1841.

VI.

M. TULLII CICERONIS de Officiis libri tres. Emendavit, et adnotatione brevi critica ac philologica instruxit—. 12. *Ibid.* 1842.

VII.

———————————— Cato Major sive de Senectute Liber. Codd. MSS. duobus suis collatis recensuit, commentatus est tum critice tum philologice—. 12. *Ibid.* 1852.

VIII.

———————————— Laelius sive de Amicitia Liber. Codd. MSS. tribus suis collatis recensuit—. 12. *Ibid.* 1853.

IX.

EMENDATIONES NONNULLAE in Epistolas Ciceronis quae sunt *Ad Familiares* et *Ad Atticum* missae. Accedunt in fragmenta illa libri Ciceronis *De Fato*, quae nuper Modenae edita sunt, Observationes, necnon Fasciculus Emendationum in Scriptores varios. 12. *Ibid.* 1854.

X.

M. TULLII CICERONIS de Finibus Bonorum et Malorum libri quinque. 12. *Ibid.* 1856.

XI.

OBSERVATIONES in Loca Aliquot Ciceronis. Accedunt in Caesarem, Frontonem, Gellium, Plinium nonnulla. 12. *Ibid.* 1863.

EMENDATIONES

LIVIANAE

ALTERAE.

ACCEDUNT IN EMENDATIONES PRIORES
CURAE SECUNDAE.

SCRIPSIT HENR. ALANUS.

DUBLINII: APUD HODGES, SMITH, ET SOC.
LONDINII, ITEM EDINAE, APUD WILLIAMS ET NORGATE.
MDCCCLXVII.

DUBLINII:
IMPRESSIT M. H. GILL,
ACADEMIAE TYPOGRAPHUS.

PRAEFATIO.

QUUM aliquando ex longo intervallo ad Livium redissem, non potui diuturnam sitim uno haustu explere. Itaque denuo excussi omnes libros. Divinationes, quibus sum obiter usus, his mandavi pagellis. Non arbitror posse me omnia omnibus persuadere. Quis autem est, qui totum diem jaculans non aliquando collineet? Omninoque, tum ad has, quas affero, emendationes, tum ad illas, quae jam sunt a me editae, quod attinet,

— — "Si quid novisti rectius istis,
"Candidus imperti; si non, his utere mecum."

Addo in emendationes priores curas aliquot secundas.

Dublinii Cal. Juniis MDCCCLXVI.

(*Libri ejusdem nuper editi.*)

Emendationes Livianae. *Dublinii*, 1864.
Observationes in Q. Curtium Rufum. *Ibid.* 1865.
In Sallustii *Catilinam* et *Jugurtham* Curae Secundae. Insunt varietates lectionis notabiliores Codd. MSS. trium. *Ibid.* 1865.
Hannibal contra Livium defensus. *Iterum*, ibid. 1866.

HENR. ALANI

EMENDATIONES LIVIANAE

ALTERAE.

i. 23. 5. "opus esse colloquio*."

* *colloquia* Flor. Fort. *colloquiū*. Cf. ii. 3. 3., "ubi *jus*, ubi *injuria* opus sit;" et vi. 6. 18., "nec *dictatorem* umquam opus fore" (sic idem Flor. a m. 1. et Haverk.), ubi vid. Drak. Adde inf. ad iii. 20. 8.

ii. 6. 11. "Veientes . . . fusi fugatique. Tarquiniensis*, novus hostis, non stetit solum, sed—."

* Fort. *Tarquinienses*, ut verbum sit appositum nomen secutum: vide infra ad ix. 15. 1., xxix. 6. 15. Cf. Sallust. *Jug*. 82. 1., "cognitis *Mauris*, quoniam *is novus hostis* accesserat."

— 24. 4. "deliberationi de maxima quidem illa, sed tamen parte* civitatis, metum pro universa republica intervenisse."

* Mallem: — *de maxima illa quidem parte civitatis, sed tamen parte*. Cf. emendationem nostram apud Cic. *Cat. M.* 14. 50., "in levioribus studiis, *sed tamen studiis*;" ubi vide. Adde Cic. *in Vatin*. 15. 36., *in Pis*. 12. 27., *ad Att.* xiii. 48. 1., *de Fin*. v. 1. 3., Plin. *Epistt*. iv. 12. 3., Sil. Ital. xvi. 489.

— 27. 2. "Quod ubi cui militi inciderat*, collegam adpellabat."

* Fort. —*ret*: cf. iii. 19. 4., "*ubi* res posc*eret*;" et 65. 8., "*ubi* tribuni auxilio humilioribus *essent*;" viii. 8. 12., xxi. 35. 4., 42. 4., 46. 6., xxii. 2. 7., xxviii. 25. 5., xxxv. 28. 2., xxxviii. 7. 10., xl. 30. 5.; add. Weissenb. ad i. 32. 13. Necnon videndae *Emendd.* prior. p. 3.; adde inf. ad viii. 9. 12.

— — 8. "Desperato enim consulum* senatusque auxilio,—."

* Immo, opinor, *consulis*.

— 31. 5. "ut . . . in* adversos* montes* agmen erigeret."

* Mallem *adverso monte*. Cf. 51. 7., "*adverso* Janiculo . . . aciem erexit." Adde Sallust. *Jug*. 52. 3.

iii. 8. 8. "jam ante exploratis itineribus suis*."

* Fort. *brevissŭis*.

— 20. 8. "dictatore* opus esse reipublicae."

* Mallem *dictatorem*: vid. Drak. ad vi. 6. 18., nos supra ad i. 23. 5. et in *Curis Secc. in Sallustium*, p. 45.

— 22. 2. "bellum ingens* a Volscis . . . nuntiabant."

* Fort. *ingruens*.

— — 2. "Fabio, ut Antium legiones duceret, datum*."

* Fort. excidit *negotium*. Sic passim Livius.

— 23. 4. "Vi* numquam eo subiri* potuit: fames postremo inde detraxit hostem."

— *subire* codd. plures. Scribe :—*Vis numquam eo subire potuit.*

—28. 1. " sarcinas in unum conjici . . . militem . . . redire in ordines suos.* Facta, quae imperavit."

* Abesse poterat pronomen. Nudius autem illud *Facta, quae imperavit* sine significatione aliqua modi. Scribe :—*redire in ordines. Summo studio facta, quae imperavit.*

— — 9. " orare, ne . . . , ut*—."

* Fort. *et*. Vid. Walch. *Emendd.* p. 227.; adde inf. 46. 9., " ne . . . , *atque*— ;" Curt. viii. 14. 35., " ne , . . , . . . *que*—."

iv. 6. 3. " Plebes* indignatione* exarsit."

— Fort. *Plebis* . . . *indignatio*. Cf. 24. 9.; adde inf. ad xxx. 20. 3. et *Emendd.* prior. p. 24.

—20. 3. " celebritatis* ejus diei."

* *celebrati* codd. aliquot; plures *celebritati*. Fort. *celebratiss.* Cf. Cic. *Lael.* 3. 12. De corrupto autem superl. vide *Emendd.* prior. p. 49., *Obss. in Curt.* p. 29., *CC. SS. in Sallust.* p. 21.; adde inf. ad vii. 2. 13., xxxiv. 5. 6., xxxix. 42. 6-7.

— 57. 1. " tantum belli*."

* *bellum* Voss. 2.: vide *Emendd.* prior. p. 51.; adde inf. ad x. 25. 18.

v. 2. 8. " Hoc . . . , ut . . . facerent,* quod* . . . exercerent. Quidnam . . . ?"

* Recte Madvigius distinxit plene post *facerent*. Cetera malim sic :—*Quòd quum . . . exercerent, quidnam— ?*

— 6. 13. " nec cuiquam dicere* ea licebit, quae—."
* Fort. *hiscere*.

— 18. 4. "me jam non eumdem,* sed umbram nomenque P. Licinii."

* Mallem *n. eumd. P. Licinium.*

— 42. 7. collem, libertati* relictum."

* Fort. *collem* [*unum columen*] *libertatis.*

— 44. 2. "conditionis meae oblitum me*—."

* Deficit in Lov. 5. pronomen. Scribe *cond. me meae obl.* Vide *Emendd.* prior. p. 18.; adde Ter. *Andr.* i. 1. 126., iii. 5. 3.

—7. "capite arma frequentes* : me sequimini—."

* Potius :— *c. a.; f. m. s.*

— 54. 3. "quotiescumque patria* in mentem veniret."

* Fort. *patriae:* vidd. interpp. ad viii. 5. 10.

vi. 3. 7. "si qua forte se* in agros ejicere possent."

* Omittunt codd. tres pronomen. Vide ad xxviii. 6. 10.

— 4. 9. "direptum oppidum atque* incensum est."

* Omittit copulam Lov. 4. a pr. m.; *incensumque* idem a m. 2. et Veith. Vide ad Sallust. *Jug.* 54. n. 16.

— 8. 5. "quum ipsius Camilli forte* oblata species."

* Scribe *in fronte.* Contra *fronte* pro *forte* codd. multi inf. 9. 10.

—9. 10 "porta se*, quae . . . , . . . , ejecere."

* Si audiendi sunt codd. aliquot supra 3. 7. pronomen omittentes, tum h. l. conjicere licebit :—*porta, sc.* (scilicet) *quae*—. Vide *Obss. in Curt.* p. 31.

— 13. 7. "nec hominum* de plebe, . . . , sed principes quidam—."

* Malles *nec omnes homines de plebe.*

— 17. 2. "ab ore civium famem suis* impensis propulsantem."

* Fort. *suis ipsius.* Vid. Drak. ad vii. 40. 9.

— 24. 11. "Volsci . . . magna pars et in ipso certamine et post in fuga caesi*; ceteri in castris, . . . : plures tamen capti, quam occisi."

* Fort. *caesi captique.*

—27. 7. "vocem tribuniciam de . . . agentem*."

* Mallem *agentis.* Cf. viii. 6. 1.

vii. 2. 13. "vix opulentis* regnis tolerabilem."

* Fort *opulentiss.:* vide ad iv. 20. 3.

— 9. 7. "nec, qui potirentur, incertis* viribus*, satis discerni poterat."

* Fort. *in certis vicibus,* quam utrique in vicem potirentur.

— 10. 7. "armis habilibus magis quam decoris*."

* Fort. *decoribus.* Vide ad Sallust. *Cat.* 7.

— 11. 9. "Fabio* satis visum, ut—."

* Fort. "*Fabius, satis visum, ut* —; nimirum ut senatui potius, quam Fabio, satis fuerit visum. Cf. xxxix. 29. 5.

— 19. 4. "ut Samnites* quoque amicitiam peterent, effecerunt."

* Fort. *S. quoque, ut a. p., eff.* Vide ad Sallust. p. 135. *b* et *CC. SS.* p. 32.; adde inf. ad xxxii. 4. 6.

— 23. 3. "ad Martis aedem*."

* Fort. addititium est *aedem*: cf. x. 23. 12.

— 27. 7. "quam ad bellandum*."

* Fort. *belligerandum*. Vide *Emendd.* prior. p. 32.

— 29. 3. "non orta inter* ipsos* est."

* Lov. 4. *n. i. i. o. e.* Malim haec plane abesse.

— 30. 11. "qui, . . auxilium dum . . . praestant, omnes* ipsi in hanc necessitatem venerunt."

* Fort. *auxilium dum . . . praestant omne, sc.* (scilicet; v. ad vi. 9. 10.) *ipsi*—. Nisi malis *supra vires suas praestant omnes* jungere.

— 33. 11. "equites consulis* jussu* discurrunt."

* *j. c.* Lov. 2. Fort. *e. jussi disc.*: vide *CC. SS. in Sallust.* p. 31.; adde inf. ad xxi. 41. 9.

viii. 9. 12. "quocumque equo invectus est*."

* Potius *esset*, opinor: cf. ii. 47. 6., iv. 13. 3., xxi. 35. 3. Vide ad ii. 27. 2.

— 12. 14. "adversas nobilitati*."

* Fort. *adversa nobilitate*. Cf. xxxix. 41. 4.

— 24. 4. "ut ferme fugiendo* in media fata ruitur."

* Mallem, iterato nomine, *fata fugiendo in m. fata ruitur*.

ix. 3. 12. "quae neque amicos parat* neque—."

* Fort. *parit*: vide ad Sallust. *Jug.* 10., ad Cic. *Lael.* 15. 54., inf. ad xxxvii. 54. 16.

—4. 14. "quas . . . dedendo* ad necem patriam . . . prodimus."

* Fort. *prodendo*. Nam deditio quidem una via salutis erat.

—15. 1. "an . . . Apuli . . ., gens . . ., tentarentur*."

* — *retur* codd. aliquot; recte: vide *Emendd.* prior. p. 57. Cf. 29. 9., "Potitii, gens . . ., . . . docue*rat*."

— 34. 16. "hoc quidem jam regno* simile* est."

* Mallem *regnum est*. Cf. v. 2. 8., "quod tribuni militum . . . *regnum* exercerent."

x. 21. 14. "ingentem exercitum* Gallorum."

* *G. e.* Gaertn. Fort. *ingentem vim G.*: vide *Emendd.* prior. p. 19.; adde xxxviii. 16. 1.

— 25. 18. "quantum . . . belli* esset quantisque administrandum copiis."

* Mallem *bellum*: v. ad iv. 57. 1. Neque in edita lectione recte illa *quantisque adm. copiis* procedere videntur.

— 29. 12. "Campanorum alam, quingentos fere equites*."

* Mallem *equos*. Et sic hodie, qui bella narrant, solent saepe equos, item gladios aliaque tela militaria, potius quam milites, qui ipsis utuntur, numerare. Adde inf. ad xxi. 45. 2.

xxi. 17. 9. "Duas legiones . . . Gallia provincia eodem anno* versa in Punicum bellum habuit."

* In nullo codice est *anno* inventum. Scribe:—*G. prov., eo dum versum P. b., habuit.*

— 18. 3. "nihil ultra quam unum*, quod—."

* Mallem distinguere :—*quam unum quod—*.

— 36. 7. "Tetra ibi luctatio erat. ut a lubrica glacie . . . prolapsis, iterum corruissent."

* Fortasse :—*Tetra ibi luctatio erat, ut a lubrica glacie . . .; et . . . prolapsis, scilicet iterum corruisse.* Sic *a* praep. erit causalis: Drak. ad xxiv. 30. 1. De *scilicet* autem c. infin. idem Drak. ad i. 39. 3. Et facile poterat *sc.* nota excidere.

— 37. 5. "rivosque prope* silvas*."

* Fort. *prosilientes:* cf. Catull. 68. 57., "Qualis in aërii perlucens vertice montis Rivus musco *prosilit* e lapide." Vel *prope solutos*, nempe glacie.

— 38. 5. "triginta sex millia hominum . . . amisisse in* Taurinis . . . in Italiam degresso*. Id quum inter omnes constet,—."

* — * Fortasse :—*amisisse. In Taurinis . . . degressio.* Nam hoc quidem vult, inter omnes constare, in Taurinis degressum esse.

— 40. 7. "quum plures* paene* perierint, quam supersunt."

* Jam dixit duas partes esse amissas. Ex adnotatione marginali *Quod plures Poeni perierint, quam supersint* nata esse haec censuit Gruterus. Qui non longe aberat, quin aliquid videret. Ergo pro *paene* scribamus utique *Poeni*, et intelligamus plures periisse quam superesse, non Hannibali, sed omnino Carthaginiensium imperio. Cf. xxv. 12. 14., "qui plures . . . milites eorum occidisset, *quam quot superessent;*" adde xlii. 8. 1.

— 41. 9. "qui jussus a* consule nostro* praesidium deduxit."

*Absunt voces *a c. n.* a Lov. 2.; recte: v. ad vii. 33. 11.

— — 15. "hic* est obstandum, milites."

* Mallem cum iteratione:—*hic, hic est obstandum.* Item infra 43. 5. Vidd. Cortius ad Sallust. *Cat.* 20. 14., Jordan. ad Cic. *pro Caec.* p. 168.; adde nos *Emendd.* prior. pp. 10. et 48., inf. ad xxviii. 44. 9., xlv. 38. 3.

— 43. 4. "circa Padus amnis, major Padus* ac violentior Rhodano."

* Miror repetitionem. Fort. *rariorib' vadis ac v. R.*

— 44. 7. "Parum est, quod . . . adimis. etiam Hispanias?"

* Fort. *vis etiam H.?* sc. adimere. Vel:—*adimis, nisi etiam.*—

— — 9. "Si . . . , vicistis*: nullum . . . datum est."

* Mallem *vicistis* verbo oratorie magis haec clausisset:—*Si . . . est* (*nullum . . . datum est*), *iterum dicam vicistis!*

Ibid. "nullum momentum* . . . acrius datum est."

* Codd. fere *contemptum* vel *contemptu.* Ed. pr. Rom. *nullum contemptu . . . acrius telum datum est.* In qua lectione ad *contemptu* addebat C. quidem Heusinger *vitae.* Cur potius quam *mortis?*

— 45. 2. "cum ala Numidarum, equitibus* quingentis."

* Fort. *equis:* v. ad x. 29. 12.

— 56. 7. "Finis insequendi hostis* Poenis flumen Trebia fuit."

* Malim abesse *hostis*. Cf. xxvii. 14. 12., xxix. 32. 9., xxxviii. 2. 11., xxxix. 20. 8.

— — 8. "quod reliquum* magna ex parte militum erat."

* Fort. *q. rel. invalidorum m. ex p. m. e.;* cf. v. 38. 8., x. 34. 12., xxiii. 16. 8.: vel *aegrorum;* cf. xli. 4. 5.

xxii. 4. 4. "ab tergo et super caput decepere* insidiae."

* E conj. est Lipsii: nam codd. fere *deceptae*. Edd. autem vett. *detectae*. Fortasse:—*conspexit, dum nondum sunt detectae insidiae,* i. e. patefactae, nempe ab ipso auctore insidiarum Hannibale. Cf. x. 4. 10., xxvii. 16. 16.

— 7. 11. "neque avelli, utique ab notis*, . . . poterant."

* Fort. *nuntiis*.

— 14. 11. "sed vir ac* vere Romanus."

* Fort. *ac vir vere R.*

— 15. 9. "omni* parte* virium impar."

* At nullae vires nisi equites aderant. Scribe:—*animo par, spe virium impar*. Cf. xxi. 55. 8., "pugna *par animis* magis, quam *viribus;*" xxvii. 1. 7., "*Par audacia* . . ., *viribus impar;*" inf. 47. 4., "et *viribus* et *animis pares;*" xxiii. 17. 4., "plus *animi*, quam *virium*, erat;" xxxiv. 47. 5., "aequis *viribus* ac prope pari *spe;*" i. 25. 11., iii. 5. 8., "nec *spe* nec *viribus* pares."

— — 10. "ipse* et delecti . . . occiduntur."

* Duplicem copulam desiderat Drak. Fort. *ipse cum delectis:* v. Drak. ad xxi. 60. 7.

— 21. 7. "duobus proeliis egregie pugnantes*."

* Scribe *pugnatis.* Cf. xxxiii. 17. 15., "*proelio, quod . . . pugnatum* erat;" xxxvii. 30. 10., xl. 50. 2. et 4., xlii. 66. 9., "*proelio pugnare.*" Add. Vechner. *Hellenolex.* p. 320. ed. H.

— 24. 4. "quod minime quis crederet*."

* Cur? Fortasse:—*Ipse autem, quo minime quid caecis casibus crederet.*

xxiii. 3. 13. "ad audienda probra nominatos*."

* Potius *nominandos.*

— 17. 7. "ne quis . . . Capuam* quoque recurrat*."

* Cod. Put. *Capuae quoque orere currunt.* Fort.:—*ne quid . . . Capuae quoque novae rei oriretur,* vel *ne quid quis . . . C. q. n. r. moveret.*

28. 11. "pergit ipse* ire—."

* Malles *et ipse.*

— 35. 4. "ita tegi fallax consilium posse rati*."

* Malim abesse *rati.* Vide *Emendd.* prior. p. 9.

— 46. 5. "posterum diem induciis tacitis, sepeliendo utrimque caesos in* acie*, consumserunt."

* Abundant ista *in acie.* Scribe *sine acie consumserunt,* i. e. ita ut aciem non instruerent.

xxiv. 37. 7. "Bonis sociis fidem suam* maximum vinculum esse."

* Si verum hoc, utique interpretandum:—sibi hābitam. Cf. xxii. 22. 14., "*habita* fides ipsam plerumque obligat fidem." At fortasse potius *sociūm* emendandum. Nam de permutatione quidem Drak. ad xxxvii. 20. 9.; de syncopa autem idem ad xxi. 17. 2.

xxv. 15. 16. "Atinius tamen cum paucis receptus."

* *se recepit* codd. aliquot. Scribe *recepti:* v. ad xxii. 15. 10.

— — 17. "Atinio cum suis* ad mare . . deducto."

* Fort. *cum cura:* v. *Emendd.* prior. p. 31.

— 27. 11. "cujus prima* classis petere altum visa est."

* *prima classis profectio* s. *provectio?*

— 39. 16. "et . . . miracula addunt: flammam . . ., . . . clipeum*."

* Quid habuit clipeus miraculi? Ergo aliud agens Livius priorem structuram frustra continuavit. Vide ad Cic. *de Fin.* i. 2. 6. n. 10., ii. 17. 54. n. 3. Ad *miracula* autem plur. quasi pro sing. adhibe ii. 7. 2., xxvi. 19. 8.

xxvi. 33. 3. "eos . . . orare*, cives Romanos—."

* Mutilus visus est Glareano locus. Fortasse sic expleri potest:—*eos . . . orare,* [*orare cives ceteros Campanos et eosdem*] *cives Romanos;* ut duo versiculi exciderint.

xxvii. 1. 14. "occidit* principes, qui . . . comperti sunt."

* Nihili esse videtur *occidendi* verbum: quo omisso addit Rhenani quidem codex in fine *perempti,* Pal. autem 3. *securi percussit.* Fortasse:—*principes, qui . . . comperti*

sunt [*virgis caesi in foro securi percussi sunt*]; ut duo versiculi in repetito verbo substantivo exciderint. Cf. vii. 19. 3.

— 20. 2. "ne Mago atque* Hasdrubal cum eo jungerent copias."

* *atque alter* codd. aliquot. Fort. *alt'que*, i. e. *alterque.*

— 31. 4. "quod . . . aequaverat ceteris* se in speciem."

* *civis* cod. Colbert. melior. Fort. *ceteris se civibus;* ut abundet quodammodo *ceteris:* vide *Emendd.* prior. p. 45.

— 47. 2. "et notari oculis*, si qui—."

* Mallem distinguere:—*et notari, oculis si qui*—.

xxviii. 6. 10. "venti . . . se* dejiciunt."

* Sine codd. additum est pron.; frustra: cf. 15. 11., vi. 3. 7.

— 8. 12. "hortatusque in posterum*, ut—."

* Mallem *hortatusque, in p. ut*—.

— 9. 13. "adversus duos duces*, duos imperatores*."

— Alterutrum satis erat; et mireris non sic maluisse Livium:—*adversus duos imperatores, duos exercitus:* vid. Drak. ad 25. 6.; adde x. 31. 12.

— 15. 11. "ni* se* . . . tanta vis aquae dejecisset."

* *nisi* codd. fere, omisso pronomine; recte: cf. 6. 10.

— 16. 14. "nulla manus numero* aut viribus* insignis."

— Non multum, opinor, interest. Possis ab utraque

parte tentare, *animo aut viribus, numero aut virtutibus.* Sed fortasse nil mutandum.

— 19. 16. "sibimet conandum* ac partem periculi capessendam esse ratus."

* Fort. *connitendum.*

— 20. 1. "Romanis subeuntibus, qua adire* poterant."

* Non placet infinitivus iste; et mallem ex *subeuntibus* adsumi utique *subire:* cf. mox § 3., "qua . . . *poterant,* scandunt." Fort. *qua adeo poterant.* Vid. Hand. I. 143. 1.; add. Feldhuegel. ad Cic. *de Legg.* II. 163.

— 36. 13. "ad duo millia armorum* inventa."

* *armatorum* codd. plerique. Videri potest sic scribendum fuisse :—*ad duorum millium arma hominum inventa.* Certe mirari licet, perinde *arma* numerari, ac si nomen hoc non esset numeri expers singularis. Minus mire in zeugmate quidem xxxiii. 8. 9., "jacentibus ibi *paucis armis corporibusque* hostium;" et xxxviii. 2. 10., "*multis.*" Sed etiam sine junctura xxxix. 20. 7., "*arma multa;*" et xlv. 39. 5., "*tot millia.*"

— 39. 3. "Quum in Italia tam atrox bellum et* Hannibalem hostem haberetis."

* Suspicor versiculum deesse :—*tam atrox bellum et* [*hostem alienigenam et*] *Hannibalem hostem.* Cf. xxvi. 13. 7., "Quum *hostis alienigena* in Italia esset, *et Hannibal hostis.*"

— 42. 14. "qui . . . omnem Africam exercitu tuo* es clausurus."

* Fort. *ūo* (*uno*).

— 44. 9. "Habebo*, Q. Fabi, parem, quem das, Hannibalem."

* Scribe cum iteratione:—*Habebo, habebo, Q. Fabi,* —. Vide ad xxi. 41. 15.

— — 18. "Ita et vixi et res* gessi, ut—."

* Al. *g. r.* Scribe *eas gessi res.* Nam de copulae prioris situ vide *Emendd.* prior. p. 26., seq.

xxix. 6. 15. "Oppidani urbem habebant, victoribus praemium in medio positam*."

* Fort.—*um.* Cf. Nep. *Them.* 7. 5., "illorum urbem ut propugnaculum opposit*um* esse barbaris." Vide *Emendd.* prior. p. 57.; adde inf. in *CC. SS.* ad xxxvi. 15. 6.

— 24. 12. "neque ullos aeque veteres milites in exercitu Romano* esse."

* Quaerit Dukerus:—"In quo exercitu? Nam multi tum erant exercitus Romani. De Scipionis exercitu intelligi non potest, qui cur solus exercitus Romanus dici debeat, caussa non est." Immo est de Scipionis exercitu intelligendum, sive potius de juncto Scipionis et Pomponii. Sane poterat *Romano* abesse; sed nihil magnopere officit, non magis quam apud Sallustium pronomen *Jug.* 8. et 65., "in exercitu *nostro.*"

— 29. 2. "sed urbem etiam proximam Afrorum* satis opulentam cepit."

* Fort. ante *satis* excidit nomen urbis *Salaecam:* vid. Gronov. ad 34. 6. infra.

xxx. 20. 3. "Vicit ergo Hannibalem . . . senatus Carthaginiensis obtrectatione* atque invidia."

* Mallem *senatûs C. obtrectatio*. Cf. Nep. *Hann.* 1. 2., "Sed multorum *obtrectatio* devicit unius virtutem;" ipsum Liv. xlv. 35. 5., "Paullum . . . *obtrectatio* carpsit." Vide supra ad iv. 6. 3.

— — 7. "magis* moestum abisse."

* Deest codd. multis τὸ *magis*. Fort. postpositum fuit; quo in situ facile poterat excidere.

— — 9. "ad Trasimenum et* Cannas."

* *ad C.* codd. duo. Fort. *ad Trebiam, ad T., ad C.* Etsi etiam infra 30. 12. facit Livius Hannibalem pugnae, quae ad Trebiam flumen est facta, rationem nullam habentem:—"Quod ego fui *ad Trasimenum, ad Cannas*, id tu hodie es;" nisi forte iterum est lacuna. Cf. etiam xxiii. 48. 8.

xxxi. 7. 5. "quum hostem Hannibalem* in Italia haberemus."

* Licebat:—*quum hostem in Italia, et Hannibalem hostem, haberemus*. Vide ad xxviii. 39. 3.

— 49. 9. "ut nullius, nisi . . . , haud* eorum, qui . . . , verba audiret."

* Dele negandi particulam et junge *nullius eorum*.

xxxii. 4. 6. "Hae difficultates, . . . ut absisteret, incepto Philippus,* effecerunt."

* Suspicor:—*ut absisteret incepto, Philippum effecerunt*. Vide ad vii. 19. 4.

— 13. 10. "audito proelio, quod . . . factum* erat."

* Suspicor *pugnatum*. Cf. xxxiii. 17. 15., "audito *proelio*, quod . . . *pugnatum* erat." Vide ad xxii. 21. 7.

—16. 11. "Oppidani primo haud* impigre tuebantur moenia."

* *ut* codd. fere. Fort. *tuti.*

—Ibid. "deinde fessi* vulneratique aliquot . . . inclinarunt."

* Scribe *caesi.* Et tum quidem transitive utique accipiendum erit *inclinarunt*, sc. *eos.* Ad participii autem usum quod attinet, vidd. Luebker. *de Participiis* p. 18., Gernhard. *Opuscc.* p. 140. Cf. ii. 18. 9., "Sabinis etiam *creatus* Romae dictator . . . metum incussit."

—21. 1. "si privatus* essem."

* Fort. *privatus unus.* Vide *Obss. in Curt.* p. 25.

— 22. 4. "ut vix parentes ab liberis* temperaverint."

* Lacuna? *parentes ab liberis, a parentibus liberi.*

—34. 3. "aut bello vincendum, aut melioribus* parendum esse."

* Nempe *bello,* quod non male etiam addi poterat: vide nos ad Sallust. *Jug.* 13.; adde Liv. xxxviii. 15. 9.

xxxiii. 26. 5. "Bellum in Hispania quinto post anno exortum est, quam simul* cum Punico bello fuerat finitum."

* Fortasse :—*quam mistum illud cum Punico bellum fuerat finitum.*

—27. 6. "non quia satis dignos eos credebat*, sed quia—."

* Miror indicativum: vide *Emendd.* prior. p. 27. Nisi

forte lacuna est:—*non quia satis dignos eos* [*crederet, etsi non plane indignos*] *credebat.*

— 29. 1. "ad rebellandum* neque vires neque ducem habebant."

* Fort. divisim scribendum *re bellandum.* Pergit Livius:—"*Proximum bello quod erat*, in latrocinium versi."

— 49. 3. "Ne his debere* impune esse,—."

* *Ne sinerent impune esse? Ne sinerent impune abire eum?*

xxxiv. 4. 20. "hominem improbum non accusari, tutius est, quam absolvi*."

* Possis exspectare:—*quam absolvi accusatum:* cf. 33. 7. At vide nos ad Cic. *pro Rosc. Am.* 20. 56. (*Obss. in Cic.* a. 1863. p. 8.), "Utilius est autem *absolvi* innocentem, quam nocentem causam non dicere." Et simul adhibe Curtianum illud vii. 2. 9., "Cogitate, neminem *absolvi* posse, nisi qui dixerit causam."

—5. 6. "quum ingenio sit mitis*."

* Suspicor *mitiss.:* v. ad. iv. 20. 3.

— 13. 7. "quum Hispania Carthaginiensium* et imperatores ibi—."

* Lacuna? *q. H. Carthaginiensium* [*esset et Carthaginiensium*] *imperatores ibi—.*

— 19. 8. "dein* saepe munimenta . . . ingredientes."

* Fort. *quin:* cf. xxvi. 19. 8.

— 25. 12. "pauci in custodiam conjecti. multi* . . . transfugerunt."

* Dele istud *multi,* quod a codd. fere omnibus abest, et

junge:—*p. in c. conjecti proxima nocte . . . transfugerunt.*

— **32. 15.** "si socios* meos* pro hostibus habeas."

* Fort. *socios et amicos.*

33. 3. "nox prope* diremit conloquium."

* Lacuna versiculi? *nox, prope* [*modum sicut proelium*], *diremit conloquium*, vel *prope ad manus progressum.* Cf. viii. 33. 2., "nox, *velut in proelio, certamini finem fecit.*"

—**34. 4.** "quid quaeque animi*, quid virium* habeat."

— Immo quid *auri*, quid *nummûm.*

—**49. 2.** "quam ruina gravissima* civitatis."

* *gravissimae* codd. plures, idque recte tuetur Crevier. Sic etiam 32. 7. Atheniensis civitatis *dignitas* memoratur magis praeteritae conditioni quam praesenti accommodate.

— —**6.** "mutatos pro* Macedonibus Romanos."

* Suspecta mihi praepositio: v. ad Sallust. *Jug.* 83.

— **50. 5.** "quum a suis* non redimerentur."

* Malles *a senatu.*

— **60. 3.** "ut* in Italia bellum gereretur."

* Mallem *in Italia ut b. g.*, postposita particula.

— **61. 7.** "et in occulto conloqui*, quod—."

* *coqui* Weissenb. Cur non *concoqui?* cf. xl. 11. 2., "clandestina *concocta* consilia."

xxxv. 48. 5. "Dahas, Medos* . . . adpellans."

* At vix poterat inauditum esse Medorum quidem nomen.

Fort. *Dahas-Nomadas.* Vid. Snakenburgh in Indice ad Curtium.

xxxvi. 4. 6. "et classem suorum* suo sumtu comparaturos."

* Fort. *ipsorum suo.* Vid. Drak. ad vii. 40. 9.

— 7. 17. "sic nimis multi pro inopia* commeatuum."

* Mallem *copia*, positivum pro negativo: vide *Emendd.* prior. p. 20., *CC. SS. in Sallustium* p. 60. Cf. Sallust. *Jug.* 39., 54., 76., 90., 98.

— 16. 10. "ut dissipatos in fugam* Romanos persequerentur."

* Fort. *in fuga*: vid. Cortius ad Sallust. *Cat.* 57. 4., ad eumdem locum nos in *CC. SS.* p. 23.; adde Liv. v. 31. 4., xxxviii. 27. 6.

xxxvii. 21. 7. "quibus ante abstinuerant templis* signisque."

* Fort. *tabulis*: cf. xxxviii. 9. 14. "signa . . . et *tabulae* pictae . . . sublata omnia." Absolute autem Sallustius *Cat.* 20. 12., 52. 5., Sueton. *Jul.* 47.; item Cicero aliquoties.

— 38. 7. "centum ex his occisis, centum* ferme captis."

* Mirum si maluit Livius *centum* nomen iterare, quam aequalitatem numeri agnoscere, ut *totidem* scriberet: vide *Emendd.* prior. p. 66. Fort. *bis centum.* Et recte satis, ut in oppositione, censeo, potest dici et h. l. *centum* . . . , *bis centum* et xxxiii. 3. 5. *mille* . . . , *bis mille*—.

— 44. 6. "inde, quum audisset, . . . praegressos, et* ipse* . . . petit Apameam."

* Absunt voces *et ipse* a codd. fere omnibus; neque eas desiderabis, si cum aliquot scripseris *progressos* pro *praeg*.

— 45. 16. "ubi* Hannibal erit. eum* ante omnia deposcimus."

— Mallem :—*Hannibal ubi erit. Hannibalem . . . deposcimus.*

— 54. 16. "quae parare* et quaerere arduum fuit.

* Immo *parere*, opinor: vidd. Drak. ad xlii. 11. 9., Cortius ad Sallust. *Jug*. 10. 4., 31. 17., Steinmetz. ad Cic. *pro Mur*. 27. 55., nos ad Cic. *Lael*. 15. 54., *de Off*. ii. 2. 8., 9. 31., *de Fin*. i. 16. 53. Tum *quaerere* erit adquirere: cf. xxxviii. 57. 4., "gratiae *quaerendae* causa;" adde *CC. SS.* ad Sallust. *Jug*. 3. et 4.

xxxviii. 8. 7. "Magis saepe*, quam vere—."

* Fort. *specie*.

— 11. 8. "darent; convenit*, dum—."

* Fort. *darent cum venia*.

— 49. 5. "detrectare virtutes, corrumpere . . praemia earum*."

* *eorum* codd. fere, recte: vid. Cortius ad Sallust. *Cat*. 14. 1. necnon ad eumd. l. nos in *CC. SS.* De *detrectandi* autem verbo c. acc. personae idem Cortius ad ejusd. *Jug*. 53. 8.

xxxix. 1. 5. "quae et ipsis capere labor erat*, et ex praeoccupatis dejicere hostem."

* Prius membrum jam attigi *Emendd*. prior. p. 59. Ceterum nunc suspicor nonnulla intercidisse :—*quae et ipsa*

scandere labor erat; [quanto autem major erat] ex praeocc. dej. h.

— 28. 5. "non nisi vicissent* Romani, sed nisi bellum gessissent*."

— Immo, opinor, *non nisi bellum gessissent, sed nisi vicissent Romani.*

— 32. 3. "proelio dejecti* sunt."

* *p. quingenti icti s.* Hearnii L. 1. Fort. *p. ingenti icti dejecti sunt.* Cf. xxxvii. 24. 11.

— — 12. "qui . . . pro studio ejus pugnabant*."

* *exp.* codd. quatuor. Fort. *ejus et fratris.*

— 42. 6-7. "Catonis et* aliae . . . , longe gravissima—."

* Videtur altera copula infra deesse:—*et longe gravissima.* Cf. Cic. *Brut.* 32. 122, "Sunt enim *et aliae et* . . . nobilis oratio;" ubi fort. pro *nobilis* scr. *nobiliss.*, h. e. *nobilissima:* vide supra ad iv. 20. 3.

xl. 4. 15. "Alii alio leto absumti semianimes*—"

* Pugnant aliquo modo ista inter se, *leto absumti* et *semianimes.* Pro *semianimes* scribe *mis'i oēs*, h. e. *miseri omnes.* Cf. *Emendd.* prior. p. 11.

— 5. 10. "Redierant, quos forte* miserat—."

* Nonne ergo consulto? Fort. *forte temere,* quasi experiendi gratia. Vid. Gronov. ad x. 43. 12.

— 9. 11. "nihil . . . periculum* fuisse."

* Nihil necesse cum Gronoviis *periculi* emendare: v. Drak. ad xxii. 45. 5., xxxvii. 54. 23.; adde xxx. 33. 1.

Nec debet quisquam in *ei* pronomine subaudiendo laborare.

— 15. 4. "indignus te patre, indignus omnibus*."

* Fort. *omnibus meis.*

— 20. 6. "ut neque* scribi sibi vellet."

* Fort. *neque [scribere neque] scribi.*

— 21. 7. "ne adesset consilio, quum . . . consultaret*."

* *—rent* codd. duo. Potius *—retur.*

— — 11. "cum infestioribus*, quam si solus* iret, praesidiis."

— Manca comparatio! Aliquid foret:—*Ita digreditur Demetrius infestius cum praesidiis, quam si solus iret, iter initurus*, vel:—*infestum iter cum infestioribus praesidiis initurus.*

— 29. 5. "sine ullo vestigio corporis humani aut ullius* rei*."

* Fort. *involucri.*

— 31. 9. "capiuntur castra, castris*, quae pars . . . , injecit Acilius ignem."

* Fort. *aversis:* vide *Emendd.* prior. p. 17.

— 34. 12. "In Corsica pugnatum est cum Corsis*."

* Cum quibusnam aliis, obsecro, nisi cum Corsis, in Corsica poterat pugnari? Itaque mallem equidem:—*pugnatum est signis collatis.* Cf. xlii. 7. 1., "C. Cicereius praetor in Corsica *signis collatis* pugnavit." Nec sic esset, in *eorum* pronomine ad insulae nomen referendo cur quis haereret.

— 40. 6. "quod . . . , memoriae proditum est*."

* Male haec cum Flacci oratione jungit Drak.

— 50. 6—7. "quam ut ea aestate potuerit res* gerere."

* Fort. *tantas p. res g.*

— 55. 8. "et infelicitatem suam in liberis graviorem, quod alter perisset*, censebat."

* Jam significavi, sensui quidem consuli posse, addita negandi particula. Nunc latiorem agnoscendam lacunam censeo:—*quod alter* [*superstes esset, quam quod alter*] *perisset.*

— 57. 7. "nec enim aut lingua aut moribus aequales* abhorrere."

* Fort. *aequales* [*ab aequalibus*] *abhorrere.*

xli. 9. 6. "Inter haec, quae* nuntiabantur*,—."

* Mallem *Inter haec nuntiata.* Cf. Sallust. *Cat.* 43. 3., "Inter haec *parata* atque *decreta*."

— 12. 9. "Ligures . . . refugerunt passim*: populantique . . . consuli nulla usquam adparuerunt arma."

* Potius:—*refugerunt; passim populantique—.* Vide nos ad Cic. *de N. D.* ii. 25., *Cat. M.* 8. 26., *de Fin.* i. 11. 38., v. 9. 26., 10. 28.; adde ipsum Liv. inf. 23. 6., "non agi*que;*" xxii. 30. 4., "quod exercitibus*que.*" Vide etiam Madvigium *Emendd.* p. 499. Nec secus fortasse i. 18. 4. distinguendum:—"opinor; magis instructum*que*—."

— 22. 4. "sub jus judiciumque* suum* totam coëgit gentem."

* Fort. *ditionemque suam:* cf. 42. 13.

— 23. 12. "graviores eos adcolas Graecia habuisset, quam Asia Gallos habeat*."

* Cur *habeat?* cur non *habet?*

— 24. 19. "in pace etiam, si —."

* Potius:—*in pace, etiam si—.*

xlii. 1. 12. "Injuria* consulis."

* Fort. *Injuriae ira.* Cf. xxiv. 30. 1.

— 27. 3. "viginti et* quinque . . . quinque et viginti."

* Fort. *viginti quinque:* cf. 34. 11.

— 32. 7. "centuriones*, sed primum quemque."

* Fort. *centuriones non omnes.*

— 47. 5. "indicere . . . solitos bella, denuntiare etiam*."

* Fort. *denuntiare vim.*

— 64. 5. "ad extrema ab* tergo* carpenda."

* Fort. *terga.*

— 67. 7. "Quum . . . inexpugnabilis res* esset."

* Fort. *rupes.*

— — 11. "Macedones, regium praesidium, metu excesserant*."

* Fort.—*rat:* vide ad xxix. 6. 15.

xliii. 7. 10. "fortunas* sociorum populi Romani direptas esse."

* Fort. *f. suas, sociorum p. R., dir. esse.* Vid. Cortius ad Sallust. *Jug.* 77. 1.

xliv. 4. 4. "infestius concursum ab* illis, si—"

* Fort. *ab [his esset et ab] illis.*

— 10. 2. "incautior Nicias Pellae projiciendo pecuniae partem*, quod fuerat nactus: sed in rem* emendabilem visus lapsus esse, quod—."

— Scribe:—*projiciendo pecuniarum quod fuerat nactus: sed in partem emendabilem visus lapsus esse.* Cf. Cic. *pro Rosc. Am.* 20. 56., "tamen in eam *partem* potius peccant, quae est cautior." Cael. apud Cic. *ad Fam.* viii. 11., 4., "malo in hanc *partem* errare."

— 15. 5. "Rhodios nuncio* in orbe terrarum arbitria . . . agere: Deorum* nutu—."

— Bene Perizonius *nunc . . . eorum.* Sed, ne literae duae pereant, fortasse scribendum: *nunc oio* (*omnino*) *in orbe terrarum.*

xlv. 4. 1. "Marcolica nobili* urbe capta, decem pondo auri, et argenti ad summam sestertii decies in aerarium retulit."

* Vix respondere nobilitati urbis videntur aurum et argentum. Fort. *ignobili.* Nam quis umquam de Marcolica fando audivit? Nisi forte in numeris erratum est.

— 20. 9. "nova falsaque crimina plus obesse Rhodiis . . . , quam* antiqua merita."

* Fort. *prodesse quam antiqua merita.* Potuit autem omittere librarius verbum, quum transponere vellet. Etsi eodem plane modo inf. 24. 8., "ne *plus obsit* nobis, quod

uno bello cessavimus, *quam* quod duobus bellis pro vobis pugnavimus."

— 27. 8. "Chalcidem ad spectaculum Euripi * * aevoque* ante insulae, ponte continenti junctae, descendit."

* Fort. *ad spectaculum Euripi septies die septies nocte reciprocantis Euboeaeque, ante insulae, ponte continenti junctae* (ubi *Euboeaeque* quidem pro *aevoque* Florebello debetur); ut duorum versiculorum lacuna sit. Nam quod alibi (xxviii. 6. 10.) negat istud de Euripo Livius, potuit, opinor, peregrinator noster aliquid famae tribuere. Cf. Cic. *de N. D.* iii. 10. 24.

— — 11. "navalia magnorum imperatorum*."

* Fort. *apparatuum.*

— 35. 9. "Pecuniam illum dare non potuisse, militem honorem dare* posse."

* Fort. *dare, non dare.*

— 38. 3. "Erratis*, milites, si—."

* Mallem, iterato verbo:—*Erratis, erratis, milites.* Vide ad xxi. 41. 15.

— 42. 4. "comites, pecuniam, argentum*, instrumentum quod haberet*."

* Fort. *comites, pecuniam, [aurum,] argentum, instrumentum quod [haberet,] haberet.*

CURAE SECUNDAE

IN

EMENDATIONES PRIORES.

i. 7. 9. Adde vii. 12. 2., "qui, aut *unde*,—."

— 9. 5. Ad emend. nostram adhibe xlii. 5. 6. "praeoccupati ad *spernendam originem* novi regni." Ad numerum autem pluralem nominis quod attinet, adde ix. 34. 19., xxxviii. 39. 10.

— — 11. Adde viii. 23. 10.

—10. 1. Etsi bene se habet vulgata. Cf. ii. 9. 5., xxii. 22. 13.

—25. 6. Propius etiam aliquanto possumus ad vulgatam accedere, *anxios animi* ut reponamus.

— — 7. Adde ad xxiii. 35. 4. *Emendd.* alt. p. 15.

—41. 3. Vide ad xxviii. 29. 3.; adde *Emendd.* alt. pp. 13., 19., 31.

— 45. 5. Potius *Habita ea res*—. Cf. xlii. 20. 2., "*Ea res prodigii loco habita*—."

ii. 5. 1. Adde xxxiii. 34. 10., xxxvi. 3. 5., xl. 29. 12.

— 16. 4. Nisi malis cum Crusio *Probabb. Crit.* p. 158. *a turba, approbatoribus belli.* Etsi fortasse recte Ernestius: vid. Ruhnken. *Opuscc.* p. 762.

— 36. 4. Add. Gronov. ad xxx. 15. 9.

— 46. 1. Adde etiam Liviana exempla, v. 27. 8., xxv. 15. 1., xxvii. 3. 2., xxviii. 41. 13., xxix. 31. 2.

iii. 49. 12. At alterum habet ipse Livius exemplum xxxi. 44. 3., "nec umquam ibi desunt *linguae* promtae ad—."

Ibid. Vide ad ix. 4. 14.

v. 51. 5. Adde ipsum Liv. xxi. 21. 9.

54. 3. ("calamitatis"). Adde ipsum Liv. iii. 31. 6., v. 54. 3., xxxviii. 60. 9.

— — 6. Adde (de dativo) ii. 6. 8. Vide etiam *Obss. in Curt.* p. 34.

vi. 7. 1. Adde *Emendd.* alt. p. 11.

— 24. 10. Adde (ad rem) ii. 20. 10.

— 41. 4. Vide nunc *Cur. Secc. in Sallustium* p. 60.

viii. 1. 4. Participii quidem plura possunt addi exempla, vi. 25. 1., vii. 33. 17., xxvi. 12. 17., xxix. 17. 7. Ad rem autem adhibe et illud, xxiv. 17. 8., "tacita etiam *confessione* victus."

ix. 1. 6. Adde (de plurali) ipsum Liv. xxix. 18. 2., "*externos deos;*" xxxiv. 5. 10., "*dii novi;*" necnon Curt. p. 365. ed Z. apud nos *Obss.* p. 28., ubi vide.

— 4. 14. Vid. Zumpt. ad Curt. p. 380. *b.* Adde supra ad iv. 49. 12.

— 37. 2. In utramque partem augeri potest numerus exemplorum, et adhibiti demonstrativi, xxxviii. 59. 3. et 8., et omissi, ii. 30. 7., xl. 30. 1.

xxi. 33. 5. Vide nunc *Cur. Secc. in Sallustium* p. 33.

— 39. 8. Cf. et illud xlv. 39. 7., "Perseus . . . , Philippus et Alexander . . . , *tanta nomina.*" Necnon Sil. Ital. iv. 729., "Latio lacrymabile *nomen* Hannibal," ubi vid. Rupert.

— 40. 6. Adde xxxv. 40. 1. Obliquae autem orationis plura possunt conferri, iv. 57. 3., v. 23. 12., xxxi. 48. 10.

48. 9. Fort. *Magonem cum Hispanis mittit.*

xxii. 2. 6. Adde Sil. Ital. xi. 79.

— 33. 2. Minime poenitet me divinationis meae. Cf. iv. 45. 1., "Servitia, urbem ut incenderent . . . , conjurarunt."

— 42. 4. Cf. Dict. Cretens. ii. 22. extr.

— 52. 6. Adde :—Simplicis autem participium in simili re posuit et Livius viii. 10. 10. et Valer. Max. v. 1. 6.

xxiv. 8. 7. At nunc revoco conjecturam. Vidd. interpp. ad Terent. *Ad.* ii. 2. 4., Rupert. ad Sil. Ital. i. 39.

— 49. 5. Cf. Sil. Ital. xvi. 47., "*nudus* telis."

— 46. 2. Quod majorem dixi numerum, cf. ix. 24. 5.

xxvi. 13. 14. Cf. xxxii. 21. 1., "*Forsitan ego quoque*—."

— 21. 4. Add. Drak. ad Liv. xxxiv. 16. 1., Oudendorp. ad Sueton. *Jul.* 13., Duker. ad Flor. i. 12.

— 31. 3. Ad rem autem adhibe xxxi. 30. 2.

xxvii. 43. 7. Cf. xxvi. 20. 5., "Nihilo minor fama apud hostes Scipionis erat, quam *apud* cives." Vid. etiam Drak. ad iv. 58. 4. Postpositam autem praepositionem in codice quodam inveni apud Sallustium *Jug.* 14. p. 140. Sed jam omissae in altero loco exemplum exstat viii. 31. 2., "*malle* . . . *apud* Samnites, *quam* Romanos, victoriam esse;" ubi unus Lovel. 4. iterat praepositionem.

— 47. 9. Fortasse *alter provecta nocte*—.

xxviii. 2. 4. Adde Curt. apud nos *Obss.* p. 32., Dict. Cretens, i. 10., v. 17., "*reliqui.*"

— 19. 13. Cf. Sil. Ital. ii. 348., "*annos anteire* labore;" et iv. 426., "*annos transscendere* factis;" viii. 465., "astu *superaverat annos.*"

— 24. 15. Adde ipsum Liv. xxxiv. 32. 12., "quos *falso* lugent."

— 41. 8. Adde Sil. Ital. iv. 490., "dum vada . . . flexo *circuitu petit.*"

— 42. 9. Adde *Emendd.* alt. p. 7. Cf. etiam Livii illud, xxx. 30. 14., "Syphace *potentissimo* rege."

xxix. 13. 1. Cf. ii. 54. 1., "Manlio Veientes provincia even*it;*" et 58. 4., "Quinctio Aequi provincia even*it;*" iii. 10. 9., v. 12. 6., vi. 30. 3., vii. 11. 2., 19. 8.

xxx. 14. 6. Adde *Emendd.* alt. p. 7.

xxxii. 26. 16. Ceterum cf. exemplum decimationis ii. 59. 11.

P. 55. Ante numeros 27. 5. repone ipsius libri numerum xxxiv.

xxxvi. 15. 6. Adde ii. 5. 9., 33. 9., iii. 18. 6., iv. 37. 1., v. 19. 5., vi. 6. 13., ix. 12. 5., 15. 1. (ubi vide), 29. 9., 42. 4. Vide etiam *Emendd.* alt. pp. 5., 11., 29.

xliii. 5. 2. Adde xxv. 14. 11.

P. 9. l. 17. pro "*quam*" scr. *quum.*

INDEX.

(*Paratur, tertium edendus*)

HANNIBAL: sive Disputatio, qua id agitur, ut summus ille Poenorum imperator contra criminationes quasdam T. Livii defensus detur.

EMENDATIONES

LIVIANAE

TERTIAE.

SCRIPSIT HENR. ALANUS.

DUBLINII: APUD HODGES, FOSTER, ET SOC.
LONDINII, ITEM EDINAE, APUD WILLIAMS ET NORGATE.
MDCCCLXIX.

DUBLINII:
IMPRESSIT M. H. GILL,
ACADEMIAE TYPOGRAPHUS.

PRAEFATIO.

Bis jam in Livium scriptis emendationibus, tamen, quum nuper placuerit quasi vitam resque gestas Hannibalis apud Patavinum nostrum relegere, ecce nova mihi seges divinationum in his libris subnata est. De quibus doctus lector judicabit.

Dublinii: 13. *ante Cal. Maias* MDCCCLXIX.

Libri Henr. Alani nuper editi:

1. Observationes in Loca Aliquot Ciceronis. Accedunt in Caesarem, Frontonem, Gellium, Plinium nonnulla. 12. Dublinii 1863. Price 1*s.*

2. Emendationes Livianae. 12. Ibid. 1864. Price 2*s.*

3. Observationes in Q. Curtium Rufum. 12. Ibid. 1865. Price 1*s.* 6*d.*

4. In Sallustii *Catilinam* et *Jugurtham* Curae Secundae. Insunt varietates lectionis notabiliores Codd. MSS. trium. 12. Ibid. 1865. Price 2*s.* 6*d.*

5. Emendationes Livianae Alterae. 12. Ibid. 1867. Price 1*s.*

6. Observationes in Frontonem nuperrime Lipsiae editum. 8. Ibid. 1867. Price 1*s.*

7. Hannibal Defensus. Third Edition. 12. Ibid. 1868. Price 1*s.*

Parantur

Observationes in Probum et Nepotem.

HENR. ALANI

EMENDATIONES LIVIANAE

TERTIAE.

xxi. 33. 11. "Castellum inde . . . viculosque circumjectos capit, et captivorum* pecoribus per triduum exercitum aluit."

* Scribe *captivo frumento ac pecoribus.*

— 38. 5. "triginta sex millia hominum . . . amisisse in Taurinis . . . degresso*."

* Revoco nunc, quam in Emendd. Alteris feci, conjecturam. Nam ad pronomen quod attinet ad participium relatum, cf. 52. 4., "Quod inter . . agri est, galli tum incolebant, . . . gratiam victoris *spectantes.* *Id* Romani . . . aequo satis, Poeno periniquo animo ferebat." Fort. *amissa sibi esse.*

— 39. 4. "quia volentis* in amicitiam non veniebant."

* Vide *Emendd.* I. 26.; adde:—Etsi cur non—*quia nolenti in a. venire erat ?*

— 46. 7. "auxitque pavorem consulis* vulnus periculumque intercursu . . . filii propulsatum*."

— Male praepositus est genitivus; quasi jam ante vulneris facta mentio fuisset. Cf. xxvi. 6. 5. Deinde quomodo dicitur etiam propulsatum periculum auxisse pavorem? Et quale tandem periculum? Fortasse:—*auxitque pavorem consul vulneratus: periculum vitae intercursu filii... propulsatum.* De participii autem usu *Emendd.* II. 21.

— 48. 3. "caedem* eam signum defectionis omnium Gallorum ratus."

* Non ita magna fuerat *caedes* quidem. Fort. *sedem*, seditionem.

— — 5. "ni aviditate* praedae in vacua Romana castra Numidae devertissent."

* Mallem *avidi.*

— 52. 2. "consul alter, equestri proelio uno et vulnere suo minutus*, trahi rem malebat; recentis* animi* alter... nullam dilationem patiebatur."

* Fort. *minutus animi, t. r. malebat; recens alter*—.

— — 5. "Ob eam iram, simul ut* praeda militem aleret,—"

Fort. *Ob eam iram simul et ut*—.

— 59. 8. "ab neutra parte sexcentis plus peditibus, et dimidium* ejus equitum cecidit."

* Mallet quis *dimidio.* Ad *ejus* autem adhibe xxvi. 4. 2., "Nihil *ejus* acceptum."

xxii. 2. 6. "Galli neque sustinere se prolapsi*, neque adsurgere.. poterant."

* Sero jam prolapsus quis se sustineat. Nec tamen necesse esse censeo cum Creviero transponere, *neque susti-*

nere se, neque prolapsi adsurgere, sed distinctione potius ad alterum membrum trahendum esse participium, *neque sustinere se, prolapsi neque adsurgere.* Et postpositum est *nec* quidem apud Cic. *ad Att.* v. 12. 1. Nisi malis *neque sustinere se a prolapsu.* Cf. xxi. 35. 12., "ut neque *sustinere se a lapsu* possent, nec—." Etsi compositi nominis exemplum nullum affertur.

— 6. 6. "Pars magna, ubi locus fugae deest*, . . . sese immergunt."

* Immo *deesset*, opinor, ut de aliis atque aliis intelligatur. Nam de subjunctivo *Emendd. Alter.* p. 6. Neque obstat praesens *immergunt.* Quippe recte praesentia et praeterita ita miscentur, ut praesentia sint actionis, praeterita causas occasionesque reddant rerum.

— 12. 5. "quod cum duce haudquaquam Flaminio* Sempronioque simili futura sibi res esset."

* Madv. *Flaminii Semproniique.* At mihi quidem satis foret:—*quod cum haudquaquam Flaminio Semproniove futura s. r. e.*; i. e. cum eo qui haudquaquam Flaminius alter Semproniusve esset. Cf. i. 32. 4. *Emendd.* I. p. 7.

— — 11. "ferox rapidusque in* consiliis."

* Omittit Pal. 2. Fort. *rapidusque consilii.*

— 24. 10. "Jamque artibus Fabii (pars exercitus aberat) jam* ferme* sedendo et cunctando bellum gerebat."

* Fort. *Jamque a. F. (p. e. aberat frumentans) sedendo—.*

— 27. 11. "castris* se quoque separari magister equitum voluit."

* Fort. *castra quoque separari.* Nam etiam pluralem gerit aliquando *castra* significationem: ut inf. 28. 3., "inter *castra* Minucii Poenorumque;" et ii. 30. 11., "medio inter *castra* campo," adde xxix. 5. 7., xxxv. 28. 10. Etsi malles fortasse *castra a castris quoque.*

— 28. 10. "Principio levem armaturam dimittit, deinde conferto agmine mittit* equites."

* Potius *emittit.* Vid. Gronov. ad x. 5. 7.

— 30. 2. "quum patrem* Fabium adpellasset."

* Potius *parentem.* Cf. 29. 10., "ubi ego eum *parentem* adpellavero."

— 41. 1. "Ceterum temeritati* consulis ac* praepropero ingenio materiam etiam fortuna dedit."

* — * Fort. *temerarii consulis praepropero ingenio.* Cf. § 4., "Hannibal . . . credere, velut inescatam temeritatem *ferocioris consulis* . . . esse."

— — 4. "Hannibal id damnum haud aegerrime pati; quin potius credere*, velut inescatam temeritatem ferocioris consulis esse."

* Fort. *gaudere.*

— 43. 1. "nequidquam, detecta* fraude, in castra rediit."

* Tolle distinctionem post *nequidquam* et junge *nequidquam detecta,* h. e. ab ipso patefacta: vide ad xxii. 4. 4. *Emendd. Alt.* p. 14., ubi tamen tollendus locus xxvii. 16. 16., de quo infra.

— 45. 6. "atque ita instructa acie*, in dextro cornu—."

* Potius *atque ita instructa acies:—in dextro cornu—.*

— 47. 2. "hinc amnis, hinc peditum acies claudebant*."

* Mallem *-bat.*

— — 9. "Hinc* Romani—."

* Mallem *Hic.*

— 48. 4. "Hasdrubal*, qui ea parte* praeerat, subductos ex media acie Numidas, . . . , . . . mittit, Hispanos et Gallos pedites* . . . adjungit."

* — * — * Immo *Maharbal,* quomodo legendum jam olim Glareanus monuit. Et profecto mirum fuisset, si nomen Maharbalis, qui tantum sibi post pugnam sumpsisset, a narrata pugna plane abfuisset. Deinde pergendum censeo:—*qui ei parti* (np. copiarum) *praeerat.* Denique recte *equites* pro *pedites* edd. recc.

— 49. 12. "consulem . . . obruere telis; Lentulum inter* tumultum* abripuit equus."

* Codd. *in tumulum.* Scribe *incolumem.*

— 52. 2. "pacti, ut arma atque equos traderent, in* capita Romana . . . , in socios . . , in servos . . , et* ut, eo pretio persoluto, cum singulis abirent vestimentis."

* — * Mallem *ut in c. R.;* infra autem, omissa copula, in epanalepsi pergere illa, *ut, eo pretio persoluto,* —: vide ad Cic. *de Fin.* iii. 13. 43.

— 61. 7. "novos legatos tres ad Hannibalem revertisse, decem veteres remansisse*."

* Fort. *Romae mansisse.*

xxiii. 16. 6. "quum Romana acies egressa portis iret*.

* Gronov. *foret*. Fort. *extra portas iret*. Nisi malis ita *iret* accipere, ut sit significantius verbum pro verbo substantivo.

xxiv. 17. 3. "quum coortum* proelium videret."

* Fort. *consertum*.

— 20. 16. "unde . . . equorum greges maxime* abacti."

* *maximi ?*

— 30. 2. "Hippocrates atque Epicydes . . . in arcem sese cum paucis* recepere."

* *perfugis ?*

— 42. 6. "Magone ad conquisitionem militum fratre* misso."

* Fort. *in Africam*.

xxv. 1. 4. "Magna ibi vis hominum, sed inconditae* turbae* agrestium servorumque, caesa aut capta est."

* *incondita turba ?*

— 7. 11. "vir inquieti animi et minime otium* . . . patientis*"

* —* Pal. 2. *minimi otii*. Scribe *minime otii . . . patiens*.

— 9. 3. "praegressos retraherent, obvios occiderent*, ut praedonum magis, quam exercitus, adoolis species esset."

* Occiderent? Incredibile. Istone ergo modo parabat Hannibal Tarentinis se commendare? Et nulla caedis fama postea in urbem est perlata. Nec praedonum mos est obvios occidere, sed potius capere et captivos pretio redimendos habere. Denique nihil de caede Polybius. Fort. *vinctos darent*. (Nimirum poterat *vinctos* excidere, deinde in *darent* conjectura infelix librarii alicujus exsistere.) Etsi ne hoc quidem habet Polybius: sed licebat Livio hoc de suo affingere, alterum istud non licebat.

— 13. 8. "legatos decem* . . . miserunt."

* Quid opus tot legatis? quid magis hoc loco opus numerum legatorum tradere, quam supra § 2., "*legatos* ad Hannibalem miserunt?" quam infra 15. 1., 20. 6., 22. 10., 25. 6., 28. 2., 29. 1., 30. 4., et passim? Ergo pro *decem* scribe *deinceps*. Nam primum ipsis Beneventanis enuntiatae res sunt; deinceps hi legatos ad consules miserunt.

— 14. 1. "cum multis vulneribus ac militum* pernicie."

* *multorum?*

— 19. 15. "concitata* et, donec dux stetisset, Romana acie."

* Scribe *constante etiam*. Cf. i. 30. 10., "Ab equitibus repente invectis turbati ordines sunt Sabinorum; nec pugna deinde illis *constare* nec fuga explicari sine magna caede potuit." Ubi *pugna* idem est quod *acies*: vide nos ad ii. 10. 5. *Emendd.* I. p. 12. Deinde illis, quibus pergit, *nec fuga explicari*—, respondent loci, quem emendamus, haec:—"adeo ne *fugae* quidem iter patuit, omnibus

viis ab equite insessis, ut — ;" ut dubitari non possit, quin alterum hunc locum scribenti Livio prior ille fuerit obversatus.

— 29. 4. "venimus ad tradenda arma, dedendos* nos urbem, moenia, nullam recusandam fortunam, quae —."

* Suspicor intercidisse iteratam praepositionem :—*ad tradenda arma*, ad *dedendos nos*,—.Neque reposita ea necesse erit eamdem etiam tertio membro adesse : cf. Cic. *de Inv.* i. 53. 101., "Qui locus sumetur *ex* sortibus, *ex* oraculis, vatibus, — ;" et *de L. Agrar.* ii. 15. 38., "Multa *in* mancipiis, *in* pecore, auro, — ." Extra praepositiones autem de anaphora omissa vid. Madvig. ad Cic. *Cat. M.* 7. 23.

xxvi. 6. 6. "postquam cohortis Hispanorum* stragem vidit."

* Mallem abesse *Hispanorum*.

— 11. 5. "Minuere etiam spem ejus et aliae*, parva magnaque, res."

* Numerus pluralis cum vi duali: vide nos *Obss. in Curt.* p. 8. Et nihil necesse cum edd. recc. *duae aliae* pro *et aliae*. Nam quod abundat *et* post *etiam*, vide ad Cic. *de N. D.* ii. 52.

— 11. 7. "ut tabernas argentarias, quae circa forum Romanum tunc* essent, jusserit venire."

* Omittunt edd. recc. *tunc*; ex quo ego malim aliquid elicere. Fort. *inclutae*. Nam de trajectione adjectivi, *tabernas argentarias, quae . . . inclutae essent* pro *t. a. inclutas, quae* — , vide *Emendd.* I. p. 16.

— 18. 3. "nec tam, quem mitterent, satis* constabat, quam —."

* Abundare videtur *satis*. Fort. *senatui*.

xxvii. 1. 4. "spe recipiendae Herdoneae, quae . . . defecerat, nec loco satis tuto posita*, nec praesidiis firmata*."

* — * Fort. *positae* . . . *firmatae*.

— — 5. "Neglegentiam insitam ingenio ducis augebat spes* ea, quod . . . senserat."

* Malles *res*; frustra tamen: cf. xxviii. 24. 10.

— — 8. "signo* equitibus dato, ut, quum . . . , circumvecti . . . invaderent."

* Non poterat signum quidem ante commissum proelium dari; poterat *negotium*.

— — 11. "quintam deinde atque eos*, qui ad prima signa erant, avertit."

* Fort. *equites*: cf. § 7. Etsi necessarium non est: cf. 14. 7., "dissipatis, *qui circa erant*." Hi autem equites erant: cf. § 3.

— 2. 6. "Ab hora tertia . . . quum ad noctem* pugnam extendissent."

* Non plane ad noctem usque; nam ante noctem, integris pugnam excipientibus, quasi novum proelium interpositum est. Ergo fortasse post *noctem* excidit in homoeoteleuto *adpropinquantem*.

— — 12. "quum . . . Marcellus, nisi certa luce et explorato ante, non* sequeretur."

* Fort. abesse potest *non:* vide *Emendd.* I. p. 42. et II. 34.

— 16. 11. "Quo constiterat* loco."

* Fort. *substiterat;* np. accepto nuntio.

— — 16. "comprehensi . . . detegunt* insidias."

* Immo *retegunt.* Nam *detegit* sive patefacit insidias ipse auctor, dum iis uti vult. Vide ad xxii. 43. 1.

— 27. 2. "vallo egrediens signum dedit, ut ad locum* miles esset paratus."

* Adde *mutandum.* Cf. Sallust. *Jug.* 44. 4.

— — 10. "Tumultuatum et in castris fuerat, ut consulibus irent* subsidio."

* Non omnes, opinor, equites peditesque; sed pars tanta equitum, quanta satis foret. Ergo fort. pro *irēt* scr. *iret',* h. e. *iretur.*

— 39. 11. "mora ad Placentiam*, dum —."

* Fort. *mora, Placentiam dum —.*

50. 1. "Nero ea nocte* . . . die sexto ad stativa sua . . . pervenit."

* Videtur aliquid deesse. Fort. *Iter ingressus Nero ea nocte —.* Et poterat librarius omittere, quum transponere vellet.

xxviii. 15. 11. "ni se . . . tanta vis aquae dejecisset, ut vix in castra sua receperint victores, quosdam etiam religio ceperit* ulterius quidquam eo die conandi."

* Mallem *cepit:* vide ad xxv. 19. 17. *Emendd.* I. p. 39.

— 25. 13. "Omnia circumspectantes consilia* nihil reliqui habebant, praeter —."

* *consilii ?*

— 39. 17. "Senatus legatis* Saguntinis* respondit."

* Malim abesse *legatis Saguntinis.*

— 41. 13. "Quid? si (...) et* victor Hannibal ire ad urbem perget, —?"

* Fort. *iterum*: cf. 44. 15.

xxix. 7. 2. "naves mari secundo misit*."

* Fort. *demisit.*

— — 9. "nocte .. abiit. Et ... ante noctem* adsecuti sunt."

* Immo, opinor, *ante lucem.*

xxx. 30. 20. "nusquam minus, quam in bello, eventus respondent."

* Fort. *nusquam minus ad spem, q. in b., eventus respondent.* Cf. ix. 15. 3., "Papirio ... brevi *ad spem* eventus respondit;" et xxviii. 6. 8., "haudquaquam *ad spem* eventus respondit." Poterat autem librarius *ad spem* omittere properans jungere *minus, quam*—.

— 35. 4. "Hannibal ... Adrumentum perfugit, omnia et in proelio et* ante aciem, priusquam excederet pugna, expertus."

* Fort. *omnia et* (etiam) *in proelio, ut* (sicut) *ante aciem,* nempe in conloquio. Etsi mallem:—*omnia et in proelio,*

priusquam excederet pugna, et, [*quo minus pugnaret,*] *ante aciem expertus.*

xxxiii. 47. 10. " vestitu* forensi . . . est egressus."

* Desiderare videor formulam illam, de qua *Emendd.* I. p. 13., *sicut erat, vestitu forensi.* Adde *Obss. in Fronton.* a. 1867. p. 12.

Ibid. " ad* portam . . . est egressus."

* Dele praepositionem, et junge *portam egressus.* Vid. Gebhard. ad xxiii. 16. 10.

— 48. 7. " quum primum fallendi eos, qui in portu* erant, tempus habuit."

* Fallendi erant ii, qui in convivio erant, in primis magistri navium mercatoresque. Ergo aut delenda sunt illa, *eos qui in portu erant,* aut emendanda. Fort. *eos qui in potu toti erant.*

— — 8. " remis* in naves conlocandis."

* At remorum mentio nulla est facta; et remos quidem nullum negotium fuisset in naves reponere. Scribe *armamentis.*

xxxiv. 61. 2. " expertusque solertiam* levioribus ministeriis, — ."

* Fort. *solertem:* cf. Sallust. *Jug.* 108. 2., "*fidum* . . expertus."

xxxv. 14. 5. "Claudius . . . P. Africanum in ea fuisse legatione tradit, eumque Ephesi* conlocutum cum Hannibale. Et sermonem etiam unum refert, quo — ."

* Fort. *et ipsum saepe.* Nempe *et ipsum* praeter Villium.

Aegre autem potest *saepe* abesse, si quidem unum sermonem ex pluribus retulit Claudius. Et Villius quidem fuerat saepe cum Hannibale congressus. Cur non ergo etiam Scipio? Denique *Ephesi* videri potest abundare.

— 42. 3. "Et primo naves apertae*, quas cum eo missurus in Africam fuerat, moratae sunt."

* Non apertas, sed tectas depoposcerat Hannibal (xxxiv. 60. 5.); et nihil plane attinebat hoc loco genus navium tradere. Ergo fortasse pro *apertae* scribendum *paratae*. Fuisse autem arbitror naves istas eas ipsas, cum quibus rex infra proficiscitur 43. 3., triginta tectis, apertis sexaginta.

INDEX.

EMENDATIONES

LIVIANAE

QUARTAE.

SCRIPSIT HENR. ALANUS.

DUBLINII: APUD HODGES, FOSTER, ET SOC.
LONDINII: APUD WILLIAMS ET NORGATE.
MDCCCLXXIV.

DUBLINII:
IMPRESSIT M. H. GILL,
ACADEMIAE TYPOGRAPHUS.

PRAEFATIO.

ITERUM, cetera omittens, vestigia Hannibalis paene ab incunabulis ad rogum per libros Livianos sum persecutus. Sed interim post *Tertias Emendationes* editas etiam Codicem M. S. tertiae decadis magno pretio comparavi. Est ex membranis, formae plane maximae, scriptus anno 1460., frontem gerens arte pictoris mirifice ornatam. Hujus specimen quoddam dedi, primo libro collato. Sed et ceteros subinde hic et illic tentabundus inspexi; in iisdem nonnulla fortuito in oculos incurrerunt. Nimirum ea nunc sum aetate et ea valetudine utor, ut ad rationes meas magnopere pertineat cogitare,

———— "quid ferre recusent,
"Quid valeant humeri."

Dublinii: IX. ante Cal. Martias MDCCCLXXIV.

Eodem Auctore :—

1. Conjecturae Animadversionesque Criticae in M. Cornelii Frontonis, &c. 8. *Dublinii* 1841.

2. Emendationes in Epistolas Ciceronis, quae sunt *ad Familiares* et *ad Atticum* missae. Accedit Fasciculus Emendationum in Scriptores Varios. 12. *Ibid.* 1854.

3. Observationes in Loca Aliquot Ciceronis. Accedunt in Caesarem, Frontonem, Gellium, Plinium nonnulla. 12. *Ibid.* 1863., 1*s.*

4. Emendationes Livianae. 12. *Ibid.* 1864., 2*s.*

5. Observationes in Q. Curtium Rufum. 12. *Ibid.* 1865., 1*s.* 6*d.*

6. In Sallustii *Catilinam* et *Jugurtham* Curae Secundae. Insunt varietates lectionis notabiliores Codd. MSS. trium. 12. *Ibid.* 1865., 2*s.* 6*d.*

7. Emendationes Livianae Alterae. Accedunt in Emendationes priores curae secundae. 12. *Ibid.* 1867., 1*s.*

8. Observationes in Frontonem nuperrime Lipsiae editum. 8. *Ibid.* 1867., 1*s.*

9. Hannibal Defensus. Tertium editus. 12. *Ibid.* 1868., 1*s.*

10. Emendationes Livianae Tertiae. 12. *Ibid.* 1869., 6*d.*

11. Observationes in Probum et Nepotem. 12. *Ibid.* 1872., 6*d.*

12. Specimen Codicum Suetonii, cum observationibus aliquot. 12. *Ibid.* 1873., 6*d.*

13. Observationes in Frontini *Strategematica.* 12. *Ibid*, 1873., 6*d.*

14. Observationes Aliquot in Caesarem. Inest interpretatio loci cujusdam Virgiliani. 12. *Ibid.* 1874.

HENR. ALANI

EMENDATIONES LIVIANAE

QUARTAE.

xxi. 2. 7. "mirae artis in* sollicitandis gentibus."

* Om. meus *in*, ut dativus sit *gentibus*. Cf. similia quaedam in Codice inf. 42. 2., 54. 1.

— 3. 5. "ne. .regni paterni speciem videat*."

* Fort. *edat*.

— 4. 4. "neque Hasdrubal alium* quemquam* praeficere."

* Om. meus *a. q.*; et potest, opinor, *quemquam* abesse.

— — 7. "nec. .discriminata tempora. Id, quod... superesset*, quieti datum."

* Fort. addendum *ejus:* cf. xlii. 8. 7., "*bona*...quidquid *ejus*"; adde *CC. SS. in Sallust.* p. 22. Et facile poterat compendium *ej9* excidere. Cf. tamen xxvii. 45. 11.

— 6. 2. "bellum jam haud dubie* imminens."

* Meus *dubium*, omisso *imminens*.

— 10. 2. "propter auctoritatem suam*, non adsensum* audientium."

— Fort. *summam. .ad sensum.*

— — 9. "unde jus stabat, ei* victoriam dedit."

* Meus cum Harl. *et.* Fort. *ei et.*

— 12. 2. "Is . . tribus* arietibus* aliquantulum muri discussit; strataque omnia. .ostendit."

* Parum numero isti arietum respondere videtur res effecta, "*aliquantulum* muri discussit." Et, ne si *aliquantum* quidem est uno loco discussum muri, potuit Maharbal *omnia* strata ruinis ostendere. Fort. *tribus partibus:* cf. 8. 2. Meus *strataque o. adv. H. r. r. o.*

— 13. 8. "aliquid ex his rebus* remissurum."

* Fort. *ipsum.*

— — 9. "Sed vel* haec* patienda censeo."

* Om. meus *vel haec.* Fort. *Sed. p. omnia c.*

— 14. 2. "stationibus* custodiisque."

* Meus *stationem custodiis.* Fort. *stationum custodiis.*

— 15. 3. "quidam scripsere*."

* Meus *scribunt.*

— — 4. "ambo*. .ad Trebiam."

* Meus *alter,* sicut re vera erat ista unius consulis pugna.

— 18. 4. "verbis adhuc* lenior."

* Scribe *ac dictu.*

— 19. 5. "tantum*, ne—."

* Meus cum Harl. *Tantum scilicet cautum est ne—.*

— — 10. "insigne documentum*."

* Meus *insigni documento,* frustra: vid. Drak. ad xxiv. 8. 20.; adde Curt. iii. 5. 18., v. 25. 15., viii. 49. 26. ed. Z.

— 20. 1. "In* his* nova. .species visa est."

* Fort. *Intrantibus;* q. d., In iis, ad quos primos venerunt: cf. § 7., "in *ceteris*—."

— 21. 2. "milites* convocat*: Credo. ., inquit,—."

* Fort. *milite convocato,*—.

— — 9. "Herculi vota* exsolvit, novisque se obligat votis, si—."

* Fort. *vota* debita *exsolvit.* Meus *Herculis.*

— 22. 7. "cura* humani ingenii."

* Scribe *q̄. n̄ra,* quae natura.

— 23. 6. "Carpetanos quoque. .simulans*."

* Om. meus *simulans,* ut *dicens* subaudiendum sit.

— 26. 2. "qui. .Tanetum pervenit*."

* Om. meus *pervenit:* de qua ellipsi Cortius ad Sallust. *Jug.* 100. 1., nos *CC. SS. in Sallust.* pp. 50. et 65.; adde inf. 41. 2.

— — 9. "milites. .alveos informes,. .quibus*. ., raptim* faciebant."

*— * Ordinem membrorum dedit Jac. Gronovius: vide nos ad Sallust. *Jug.* c. 27. extr. et in *CC. SS.* p. 35.

— 27. 7. "Postero die, profecti ex loco*—."

* Fort. *profecti cum luce* vel *cum sole:* vid. Hand. II. 141. 6.

— 28. 1. "Galli obcursant in ripam*."

* Meus cum Harl. *ripa.*

— — 2. "cum ingenti sono* fluminis."

* Meus *sonitu* et hic et infra 58. 5.

— — 3. "Jam satis paventes. .ab tergo adortus* clamor."

* Meus *ortus.* Fort. *paventibus. .est ortus clamor.*

— — 4. "ultro vim* facere conati."

* Scribe *vi viam facere* et h. l. et inf. 32. 10.: cf. iv. 38. 4. *Ultro* autem etiam meus ad *pellebantur* transfert, recte. At male liber Cantabr. *utroque:* nam, si potuissent Galli per Hannibalis quidem copias perrumpere, utique ad flumen pervenissent statimque tribus a partibus ab hostibus clausi fuissent.

— — 5. "quum refugientem in aquam nantem* sequeretur."

* Fort. *ref. in. aquam* [ac jam] *nantem.*

— — — "traxisse* gregem."

* Meus *transisse.* Fort. [transisse atque ita] *traxisse gregem.*

— — 7. "velut per solum*."

* Fort. *solidum.*

— 29. 3. "caedes etiam* prope par utrimque fuit."

* Meus *caedes etiam ubi.*

— — 5. "Ut*, re ita gesta, . . redierunt*, nec—."

— Meus *Re ita gesta,...redierunt. Nec—.*

— — 6. "avertit a praesenti* certamine—."

* Veniat cui in mentem:—*a summae rei certamine.*

— — — "nusquam ante libatis* viribus."

* Fort. *delibatis.*

— 30. 1. "postquam ipsi sententia* stetit—."

* Meus *sententiae:* nec mihi displicet res; etsi alterum est supra 29. 5., xxx. 4. 5.

— — 4. "ab occasu solis ad exortus*."

* Meus cum Sigonii *ortum.*

— — 5. "domita etiam ipsius* fluminis vi."

* Om. meus *ipsius.* Sic *etiam* erit quasi *ipsius:* cf. xxiii. 18. 9., xxvii. 19. 6., xxx. 35. 5.

— — 7. "pervias paucis esse, exercitibus invias*?"

* Om. meus cum multis *invias.* Fort. *perv. p. esse,* [non esse] *exercitibus?*

— — 8. "cum liberis* ac conjugibus*."

— At multa alia impedimenta (ut ita dicam) solebant migrantes secum portare: cf. xxxviii. 25. 7. Nec debebat concionans Hannibal rem minuere. Ergo fortasse lacuna est hujusmodi: *cum penatibus rebusque suis omnibus, cum armentis ac pecoribus.*

— — 9. "praeter instrumenta* belli."

* Meus *vestimenta.* Fort. *vestimenta sua et instr. b.*

— — 11. "proinde aut cederent* . . aut . . sperent*—."

— Corrigendum alterutrum tempus verbi. Pro verbo autem quod est *sperandi* mallem ego *spectandi.*

— 31. 2. "quantum . ., minus* —."

* Fort. *eo minus:* cf. xliv. 7. 6.

— — 4. "diversis* ex Alpibus decurrentes."

* Fort. *diversius.*

— — 7. "quum* ad Hannibalem rejecta esset."

* Deest meo *quum:* fort. *ad H. quum rej. e.* Cf. postpos. particulae exempla xxxvi. 37. 4., xl. 39. 5., xli. 2. 5., 6. 4., xlv. 12. 6., 19. 9.

— — 8. "commeatu* copiaque rerum omnium."

* Meus cum aliquot *commeatus:* vide *Emendd.* i. 23.

— — 9 "sedatis certaminibus* Allobrogum."

* Fort. *animis.* Nam unum certamen fuerat de regno.

— — 11. "nullis* coërcitus ripis."

* Meus *malis.* Scribe *male:* vide Hand. III. 584. 4.; adde Curtium vi. 25. 15. ed. Z., necnon fort. Nostrum etiam xxiii. 20. 4.

— — — "pluribus simul neque iisdem* alveis fluens."

* Fort. *neque unis et iisdem.*

— — — "et ob eadem* . . incerta via est*."

* Mihi satis foret *ob ea.*

— 32. 5. "eo, qui* circa Padum erat, exercitu*."

*— * Codd. multi, etiam meus, (qui) *c. P. e. exercitus.* Fort. *c. P. qui e. exercitus.* Nam de postpos. rel. quidem *Emendd.* i. 35.; de attracto autem nomine ibid. p. 16.

— — 9. "fugam stragemque*."

* Meus *fragoremque.* Fort. *stragemque etiam foediorem.*

De adj. autem quod est *foedus* Drak. ad viii. 10. 6., Cortius ad Sallust. *Jug.* 38. 7.

— — 10. "vim* per angustias facturus."

* Vide ad 28. 4.

— — 11. "constiterant* . . communissent*."

— Scribe cum edd. vett. *constiterat . . . communisset.*

— — — "Die deinde* consumpto—."

* Fort. omitti potest *deinde.*

— 33. 4. "perversis* rupibus juxta invia ac devia adsueti discurrunt."

* Fort. *perviis.*

— — 8. "Quae quamquam* foeda visu erant, stetit parumper tamen* Hannibal,—."

— Omittit meus *tamen.* Fort. *Quae quia quam maxime foeda visu erant, stetit parumper H.*

— — 9. "postquam interrumpi* agmen* vidit."

* In meo omissum est *agmen;* deinde ex *interrumpi,* expuncta *n* litera, factum *iter rumpi.*

— — — "periculumque esse, ne*—."

* Om. idem *ne.* Fort. *exutum impedimentis exercitum ne*—: vide ad Cic. *Lael.* 26. 99., *de Off.* iii. 27. 100. Nisi forte infinitivi structura agnoscenda est:—*periculumque esse, . . . exercitum nequidquam . . traduxisse.* Cf. Plaut. *Rud.* i. 2: 56., "Nullum *'st periculum, te* hinc *ire inpransum* domum;" ubi tamen *ne non* interpretandum est.

— — 10. "postquam liberata itinera fuga* montanorum erant."

* Codicibus satis multis omittentibus *fuga*, ut jungendum sit *liberata montanorum*, accedit etiam meus.

— — 11. "et captivorum* pecoribus—."

* Quod in Tertiis scribere jussi *captivo frumento ac pecoribus*, id ipsum jam erat a nonnullis editum.

— — — "quia nec montanis* primo* perculsis nec loco magnopere impediebantur*, aliquantum eo triduo viae confecit*."

* — * — * Fort. *moventibus se montanis;* hoc primum: deinde jam *Emendd.* i. 26. proposui *primo proelio:* denique fortasse aut *impediebatur* scribendum aut utique *confectum*.

— 34. 1. "Perventum inde ad frequentem cultoribus alium, ut inter montana*, populum*."

* Al. *montanos*. Fort. *ut inter montanos populos, locum*.

— — 3. "ad fidem promissorum*."

* Meus *permissorum;* vid. Drak. ad viii. 20. 6.

— — 4. "commeatu*, quem in viam* ipsi* detulerant*, usus*."

* — * Meus *commeatum, quem ipsi in via detulerunt, usus:* vid. Drak. ad ii. 34. 11.

— — 6. "in angustiorem viam ex* parte altera subjectam jugo."

* Al. *et*. Fort. *et ex*.

— — — "undique* ex insidiis barbari . . coorti."

* Non plane undique, opinor, sed a fronte, ab tergo, ab altero latere. Fort. *utique*. Infra meus *volvunt*.

— 35. 10. "Procedere* inde agmen coepit."

* Fort. *Per ocium procedere:* cf. 28. 4., 33. 10; adde *Obss. in Frontin.* p. 7.

— — — "jam nihil ne* hostibus quidem tentantibus."

* Omittunt *ne* codd. aliquot, recte: cf. Polyb. Sic autem particulae quae est *quidem* respondebit *Ceterum* infra.

— — 11. "sicut breviora, ita adrectiora* sunt."

* Meus *rectiora:* cf. 36. 1., xxxviii. 20. 4.

— 36. 1. "atque ita rectis saxis*, ut* aegre expeditus miles tentabundus* manibusque retinens —."

— Meus *atque ita rectam, ut si illinc aegre exp. m. tentabundus pedibus manibusque retinens.*

— — 3. "Ibi quum*, velut ad finem viae, equites constitissent."

* Meus cum multis *Ibi veluti cum.* Fort. *Ibi, veluti ad finem viae, equites quum constitissent:* vide ad 31. 7.

— — "nuntiatur, rupem inviam* esse."

* Fort. *inviam in via esse.*

— 37. 3. "quum caedendum* esset saxum."

* Fort. *scindendum.* Nam alia ratione, quam qua sunt usi, aggrediendum fuisset saxum, si caedendum fuisset.

— — 5. "valles* et apricos quosdam colles."

* Fort. *valles virides.*

— — 6. "Ibi jumenta in* pabulum* missa."

* Mallem *pabulatum.* Et dubito quam Latinum sit alterum.

— — — "et quies muniendo* fessis hominibus data."

* Non nisi parva quaedam pars potuerat muniendo quidem operam dare. Fort. *non uno modo fessis.*

— — — "etiam* locis mollioribus et* adcolarum ingeniis."

— Fort. *cum l. m. etiam* —: vid. Hand, ii. 139. 4.

— 39. 1. "Sed armare* exercitum ... non poterat."

* Fort. *armare et ornare:* vid. Drak. ad x. 40. 12., xxiv. 48. 7.

— — 4. "Taurinorumque unam* urbem . . vi expugnarat."

* Fort. excidit *gravissumam*, sicuti habet Polyb. *βαρυτάτην*. Cf. xxxiv. 17. 12., "*gravem* . . civitatem." Etsi suspicatus etiam sum, scriptum fuisse *Taurinorumque homonymam urbem.*

— — 5. "junxissetque* —."

* Carent copula codd. fere, etiam meus. Fort. *ac junxisset.*

— — 6. "Et* Hannibal movit —."

* Fort. *Eo et* —.

— — 7. "convenerantque duces*, —."

* Fort. *duo duces:* cf. Sallust. *Jug.* 52. 1.

— — — "inter se nondum satis* noti."

* Fort. *factis.*

— — 8. "quod . . dux potissimum* lectus esset."

* Fort. —*us:* vide *CC. SS. in Sallust.* p. 60.

— — 9. "et auxerant inter se opinionem, Scipio* quod . . . obvius fuerat . . transgresso Hannibali*; Hannibal et conatu . . . et effectu."

— Fort. reformandus locus sic:—*et auxerant inter se opinionem, Scipio* quidem Hannibali, *quod . . . obvius fuerat in Italiam transgresso;* Scipioni autem *Hannibal et conatu . . . et effectu.* Meus *ingresso.*

— — 10. "talem orationem exorsus* est."

* Nimirum pars rei pro tota re. Cf. Tacit. *Ann.* iii. 50.

— 40. 1. "quem in Gallia mecum* habui."

* Om. meus *mecum.* Fort. *proprium meum:* nam de attractione *Emendd.* i. 16.

— — 2. "qui . . . egregie* vicissent."

* Meus cum Pal. 3. *non aegre,* frustra.

— 3. "ubi eum gerere* senatus voluit."

* Fort. *gerere rem.*

— — 10. "vos quum* pugnaveritis."

* Codd. aliquot *cum hoste pugnaveritis.* Fort.: — *vos cum* [hoste vix resistente cum] *pugnaveritis:* nam de *cum* particula postposita supra ad 31. 7.

— 41. 2. "Licuit in Hispaniam . . . cum exercitu ire* meo."

* Omittit cum multis etiam meus *ire:* vide ad 26. 2.

— — 4. "peditum agmen*, . . . quia adsequi terra non poteram, regressus ad naves, . . . obvius fui."

* Meus *agmini,* frustra.

— — — "regressus* ad naves, —."

* Codd. fere, etiam meus, *neque regressus ad naves erat.* Fort. *utique regressus ad mare ac naves:* cf. 32. 2.

— 42. 2. "Quum . . ferrum pugnamque* poscerent."

* Meus *pugnando:* vide ad 2. 7. Fort. *pugnareque*: cf. Valer. Fl. iv. 194., "contraque *occurrere poscunt*"; add. Ruhnken. ad Rutil. Lup. p. 181. ed. Fr.

— 43. 1. "ita . . locutus* fertur."

* Meus *dixisse.*

— — 6. "Si* Siciliam . . . recuperaturi essemus."

* Meus *Siciliam . . . si recuperaturi;* vide ad Sallust. *Jug.* 75. et 112., ad Cic. *Lael.* 3. 10.

— — — "parentibus* nostris ereptas."

* Fort. *per fraudem parentibus:* cf. 1. 5.

— — — "quidquid* Romani . . . possident."

* Fort. *Nunc, quidquid*—: cf. xxii. 25. 10., xxxii. 21.1. xxxiv. 5. 2., 31. 1. et 3., 34. 4., 49. 1., xliv. 31. 7.

— — — "tot triumphis* partum."

* Vix Hannibali concionanti convenire videtur triumphorum quidem Romanorum meminisse. Fort. *raptibus.* Etsi simile quiddam jam supra Livio excidit 30. 10.

— — 8. "Satis adhuc*" . . . nullum emolumentum . . . vidistis."

* Fort. *diu.* Nisi malis:—*arma capessite. Adhuc*—.

— — 11. "cruentum certamen edidit*."

* Etiam meus, sicuti Lov. 4., *dedit.*

— — 12. "Nam, dempto* hoc uno* fulgore . ., quid est, cur* —?"

——* Meus *Unde adempto hoc* (uno) *fulgore* ..., *q. e. quod*—.

— — 13. "Ut . . militiam vestram . . . cum illa fortuna* taceam."

* Fort. *c. i. fortuna* actam *taceam.*

— — 14. " vincentes huc pervenistis: pugnantibus [*l.* pugnabitis] cum exercitu tirone, —."

* Sic Drak.: et habet meus *pugnabitis.* Fort.:—*pervenistis* [pugnantes cum] *pugnantibus,* [congressuri] *cum exerc. t.* Et hoc bene conveniat conjecturae nostrae supra ad 40. 10. propositae.

— — 17. " virtutis spectator ac testis."

* Omittit meus *ac testis.*

— 44. 2. " fidelissimos* fortissimosque."

* Meus *fidelissimosque.*

— — 6. " Ad* Iberum est Saguntum."

* Fort. lacuna est hujusmodi:—[At transeundus Iberus non est euntibus Saguntum;] *at liberum est Saguntum.*

— — 8. " omnibus inter victoriam mortemve* certa* desperatione abruptis."

* Fort. *mortemque certam.*

— — 9. " nullum momentum* ad vincendum homini ab diis immortalibus acrius* datum est."

— Meus *contemptum,* addito in margine a prima manu *telum* post *acrius* inserendo. Fort.:—*Nullum* [mortis contemptu] *momentum ad vincendum homini ab diis immortalibus* [gravius, nullum telum] *acrius datum est.* Jam attigi locum *Emendd.* ii. 13. Nunc suspicari libet, plane ab Hannibalis oratione dirimenda haec esse ipsique historico danda. Nisi forte aliunde adscita sunt et in marginem rejicienda.

— 45. 3. "Gallis parci . . . principumque animos sollicitari* —."

* Codd. fere, etiam meus, *sollicitare*, recte: vide ad Cic. *Lael.* 15. 54., *de Fin.* ii. 7. 21., *CC. SS. in Sallust.* p. 19.

— — 4. "nihil* umquam* satis dictum . . . ratus."

* Malles *haudquaquam.*

— 46. 6. "jaculatores* fugerunt inter* subsidia ad* secundam aciem."

——* Malles *jaculatores* apud Romanos *fugerunt in subsidia secundae aciei.*

— — — "jam magna ex parte ad pedes pugna ierat*."

* Codd. fere *erat.* Fort. *pugna ad pedes descenderat.* De *pugna* pro pugnantibus *Emendd.* i. 12, 13. *Descendendi* autem verbi exempla cf. ix. 22. 10., xxii. 49. 4.

— — 7. "circumvecti paululum*."

* Scribe *paulatim.*

— — 10. "malim* equidem—."

* Etiam meus *Malimus.*

— — — "et fama* obtinuit."

* Etiam meus cum Harl. (et) *secundum fama.* Fort. *et secundâ famâ obtinuit.* Nam quod sic relativum simul pro accusativo et pro nominativo accipiendum erit, vide ad Sallust. *Jug.* 101. et *CC. SS.* p. 62.

— 51. 4. "nec quisquam hostium . . inventus. Jam* forte transmiserant ad—."

* Fort. *Mane.*

— 52. 2. "equestri proelio uno* et vulnere suo minutus*."

— Ad *uno* adhibe xxv. 18. 2. et 3. Deinde meus *monitus.* Fort. *motus;* etsi aliter attigi locum *Emendd.* iii. 6.

— — — "recentis* animi* alter."

* Meus *recenti animo.* Vide *Emendd.* iii. 6.

— — 4. "se venisse ad liberandos* eos."

* Meus *liberandum:* vidd. Gebhard. ad iv. 13. 4., Drak. ad vi. 35. 2.

— — 8. "maximum vinculum esse primos*, qui eguissent ope, defensos."

* Meus cum multis *primosque qui.* Fort. *primos quosque qui.*

— — 9. "collega cunctante*."

* Meus *equitante.* Fort. *haesitante.*

— 54. 1. "quem ubi ad* equites quoque tegendos*—."

— Meus *q. u. equites quoque tegendo.* Vide ad 2. 7.

55. 9. "et Mago Numidaeque* . . exorti ab tergo—."

* At insidiantes isti ex omni pedite atque equite erant delecti. Scribe *Mago insidiaeque.* Cf. Tacit. *Hist.* ii. 24., "donec *insidiae* coorirentur." Hirt. *de B. G.* viii. 19., "qui sustinuerant primos impetus *insidiarum;*" apud Forcell.: adde nos *CC. SS. in Sallust.* p. 38.

— 56. 6. "Imber . . elephantos prope omnes* absumsit."

* Fort. *e. p. omnis* Poenis *absumpsit.*

— 57. 4. "Id* quod unum—."

* Meus *inde id q. u.*

— — 7. "jussis quadrato agmine legionibus* sequi."

* Meus *legiones.* Fort. *jusso, q. a. legiones sequi:* vid. Drak. ad i. 41. 6.

— — 13. "signum repente victoribus* datur,—."

* Fortasse: *signum repente, civibus* [nihil minus exspectantibus], *datur.* Nam de *signum dare* absolute nos *CC. SS. in Sallust.* p. 11. Deinde *nihil minus exspectare* quam maxime Nostro usitata forma est: cf. iii. 3. 2., v. 21. 6., viii. 11. 9., xxii. 19. 8., xxiii. 37. 6., xxiv. 35. 9., xxv. 38. 15., xxvi. 20. 3., xxix. 7. 8., xxxi. 10. 1., 46. 13., xxxiii. 7. 8.

— 58. 5. "Tum vero ingenti sono*—."

* Meus *sonitu,* ut idem supra 28. 2.

— — 8. "tantum* nivosae grandinis dejecit*, ut—."

— Intelligo primae positionis esse *tantum,* absolute positum esse *dejecit:* vide *Emendd.* ii. 17.

— 59. 1. "Degressus Apennino*—."

* Meus *apeninum.* Cf. Hirt. *de B. Afric.* 37. 3.

— — 3. "Postero die ingentibus animis, vario* eventu*, pugnatum est."

* Omittit meus *vario eventu.*

— — 7. "Pugna raro ulla magis saeva* . . fuisset, si—."

* Codd. *ea.* Fort. *cruenta.*

— 60. 4. "auxiliorum* cohortes."

* Fort. *alariorum:* vid. Drak. ad x. 40. 8.

— — 8. "praeda oppidi parvi pretii rerum fuit, supellex barbarica ac vilium mancipiorum;* castra—."

* Adde *capita:* vid. Drak. ad x. 47. 2.

— 61. 5. "agros fidelium Romanis sociorum* vastat."

* Om. meus *sociorum.*

xxii. 1. 3. "verterunt retro ad* Hannibalem ... odia."

* Carent nonnulli praepositione. Fort. *Hannibalem ad ipsum.*

— — 4. "hic quoque ei timor* causa fuit—."

* Ber. *timor ei.* Scribe *haec quoque ei causa fuit.* Vide nos ad Sallust. *Jug.* 20. et *CC. SS.* p. 34., ad Cic. *Lael.* 11. 37., *Codd. Suetonii Spec.* p. 7.

— 3. 6. "laeva* relicto hoste."

* Fort. *velut:* cf. 4. 2., "*velut* ... de industria relicto spatio."

— — 11. "quum ocius* signa convelli juberet."

* Fort. *quantocius.* Etsi jam x. 40. 6., "ipse signa *ocius* proferri jubet."

— — 13. "Abi, nuntia, signum* effodiant*."

* — * Flor. *eff. s.* Ergo delendum *signum.* Deinde pro *effodiant* scribe *effodiat.*

— 7. 3. "multi postea utrimque* ex vulneribus periere."

* Scribe *utique*. Nam post pugnam Romanus exercitus erat nullus. Sic *multi*, nempe hostium.

— — 8. "quamquam nihil certius* ex eo auditum est."

* Quid poterat certius audiri? Fort. *clarius*.

— — 13. "ad primum conspectum redeuntis filii*—."

* Poterat iteratum nomen abesse. At vide nos *CC. SS. in Sallust.* p. 17.

— 8. 1. "ab Hannibale* circumventa."

* Fort. *a Maharbale*: cf. Polyb. Etsi imperatori adscribi possunt ea, quae ipsius jussu geruntur. Cf. tamen 49. 13., "a *Carthalone* ... circumventi."

— — 4. "ita . . aestimandum* esse."

* Meus *extimantibus*.

— 9. 10. "quo ante bellum* fuisset."

* Edd. ante Ald. *q. erat a. b.* Fort. *a. b. q. f.*: vide ad xxi. 32. 5.

— 11. 5. "consulemque* cum equitibus—."

* Meus *cum equitibusque consulem*. Cf. vii. 19. 1., "*cum* Tiburtibus*que*;" xxiii. 43. 7., "*cum* firmis*que*."

— 12. 4. "victos tandem quoque* Martios animos Romanis."

* Fort. *cum corpore*, np. cujusque; i. e. corporibus. Nam de sing. num. quasi pro plur. nos ad Cic. *Cat. M.* 15. 51. n. 26.; add. Kritz. ad Sallust. *Jug.* p. 310.

— 14. 9. "Si hoc modo . . M. Furius recipere a Gallis urbem voluisset, . . Gallorum Roma esset*."

* Fort. *etiamnunc esset.*

— 17. 6. "nox aequato timore neutros* pugnam incipientes* ad lucem tenuit."

— Scribe:—*nox ae. t., neutro p. incipiente, ad l. tenuit;* nim. neutro, nec Poeno nec Romano.

— 18. 2. "nisi Hispanorum cohors . . pervenisset*."

* Fort. *peropportune perv.:* cf. ii. 35. 2., "ni *peropportune*—."

— 19. 8. "vagos in litore quietosque* in tentoriis suis."

* Scribe *requietosque:* cf. xliv. 38. 8., "*requietum* in tentorio suo."

— 40. 9. "si maturitas temporum* exspectata foret."

* *Maturitas metendorum? maturitas metendi satorum?* De ger. autem ad Cic. *de Fin.* i. 18. 6.

— 43. 6. "Profectus est nocte, ignibus similiter* factis."

* Scribe *simulanter;* i. e. et raris et parvis.

— 46. 4. "armis et ad Trebiam, ceterum magna* ex parte ad Trasimenum captis."

* Scribe *maxima:* cf. i. 30. 9., "*et* peditum quidem robore, *ceterum* equitatu . . *plurimum.*"

— 49. 9. "Sed cave, frustra miserando* exiguum* tempus e manibus hostium evadendi absumas."

*Mallet quis:—*frustra* me *miserando exiguum* tuum *tempus.* Meus *ne frustra.*

— 50. 3. "alterius morientis* prope totus exercitus fuit."

*Interpretatur Drak. "morienti favere, adhaerere, sequi, imitari." At longe plurimi de moriente isto nihil plane noverunt. Fort. *prope totus* comes *exercitus fuit.*

— 52. 2. "ab omnibus*, . . fessis, maturior—."

*Scribe:—*ab hominibus . . fessis maturior*—.

Ibid. "seorsum cives sociique*."

*Quid de servis? Fort.:—*seorsum* [cum servis suis] *cives sociique.*

— 55. 4. "qui . . forte* referant, quae—."

*Fort. *certa.*

— 57. 1. "qui classi . . praeesset*."

*Fort.:—[praetor] *praeesset.*

xxiii. 8. 7. "haud mirabilem interturbationem*."

*Fort. *haud mirabilem in re turbationem.* Cf. Appul. *Met.* 9., "prae *turbatione.*"

— — 11. "*Jam ego,* inquit,—."

*Fort. *Jam jam.*

— 11. 7. "in recipiendis civitatibus Bruttiorum, quaeque* deficiebant."

*Al. *quae.* Mutilus locus, opinor. Fort.:—*in rec. c. B., quae deficiebant,* inque cogendis ad defectionem, quae detrectabant. Cf. 1. 4.

— 17. 4. "primum* ad . . conatus perlicere."

* Immo *primo*: cf. 18. 1., 35. 2.

— 19. 14. "dum ea* nascantur."

* Offensus sum aliquando in pronomine et conjeci *dum enascantur rapa.* At cf. verba respondentis apud Frontin. *Strategg.* iii. 5. 3., "Pluris *eam*, inquit, propediem vendam."

— — 17. "minus* dimidium ferrum famesque absumsit."

* An ergo parvus et modicus numerus habendus est? cf. 36. 1., 46. 5. Non male codd. duo *haud minus.* Fort. *uno et altero minus*: vid. Hand. III. 617. 8.

— 20. 4. "Quibus quum obsistere malis* nequirent Petelini,—."

* Nihil supra de malis. Fort. *uni tam multis.* Ad *uni* autem adhibe 20. 4. supra. Nisi malis *male quirent*: vide ad xxi. 31. 11.

— 30. 9. "Rhegini* tantummodo* regionis ejus—."

* Fort. *Rhegini uni tantummodo*: cf. Sueton. *Tib.* 11., "*Unum* hoc *tantummodo*—."

— 33. 3. "bello inter Romanos* Poenumque orto."

* Edd. recc. *Romanum,* frustra: cf. inf. n. 8., "aut *Romanus* aut *hostes.*"

— — 4. "legatosque* ad Hannibalem misit."

* Fort. *legatosque quinque*: cf. 34. 9.

— 34. 11. "non tam in* periculosum, quam longum, morbum."

* Om. aliquot. Fort. *n. t. p. q. l. in m.*

— — — "ad belli vim* sustinendam inutilem."

* Fort. *vicem*, np. suam.

— 38. 5. " quanta vix tolerantibus* . . belli moles instaret."

* Meus *tolerantes.* Cf. Plaut. *Poen.* iv. 2. 96.," *eum instat.*"

— — 7. " viginti paratas* alias decernunt."

* Fort. *apertas.*

— 43. 7. "Nihil . . temere* hosti* commissum."

* Fort. *temerariae spei:* cf. 37. 9.

44. 2. "*non* fuisse arcessendum Romanum praesidium.*"

* Abest a codd. aliquot, etiam meo, *non.* Scribe:—*fuisse* arcendum, non *arcessendum R. praes.*

— 45. 2. "*praedantes* vagari . . ; sed, qui pugnent*, marcere—.*"

* — * Fort. :—plures *praedantes* . . , *sed, qui* pauci—.

— — 6. "*quae ad Trebiam* Trasimenumque*, postremo ad Cannas* viderit habueritque.*"

* — * At ad Trebiam Trasimenumque miles Hannibalis propriis suis est usus armis, ad Cannas Afri sunt Romanis armis armati. Meus *postremum v. ad C. h.que.* Fort. :—*quae, ad T. T. que* capta, *postremum ad C.*—Nisi tamen plane male ficta sunt verba.

— — 7. "vix toleratis* pugnam, quos—."

* Fort. *vix vos toleratis.*

— — 8. "qui erepto ex equo . . consuli* caput abstulit."

* Meus *consule:* vid. Cortius ad Sallust. *Jug.* 63. 1.; adde inf. ad xxv. 16. 1. Male autem fictum et hoc ; et quidem duplici de causa male: nam et ipse longe aliter tradidit rem, nec is erat Hannibal, qui posset atrocitatem talem cum significatione laudis meminisse.

— — — "ubi, qui* L. Paullum ad Cannas occidit?"

* Deest nonnullis relativum. Ergo fort. postpos. fuit: vide ad xxi. 32. 5. Male fictum et hoc: nam nullus unus praecipuus miles L. Paulum occidit, sed, ipso Livio tradente, ignorantes quis esset hostes illum obruere telis.

— — 10. "En nunc minor est res. hic experiri . . . volo."

* Distinguendum :—*En nunc* (*minor est res*) *hic . . volo.*

— 46. 6. "ob iram . . aut spem*—."

* Meus *spe.*

— — — "eorum . . opera in eo* bello usi sunt—."

* Del. meus pron.: vide *CC. SS. in Sallust.* p. 29.; adde Caes. *de B. C.* i. 87. 1., iii. 1. 2. et 5.

— — 7. "Ager . . latus* datus est."

* Meus cum multis *locus:* fort. *colendus.*

— 47. 5. "nisi . . demittimus equos*."

* Del. idem *equos.*

— — 7. "quum ex via* longe perequitasset."

* Fort. *in cava.*

-- 49. 2. "dum in eo* publico* essent*."

* Fort. *dum in aere suo resp. esset.*

— — 4. "nec secus*, quam si . . alerentur."

* Fort. :—*nec secus* sunt milites aliti, *quam si*—.

xxiv. 10. 6. "eo plura nunciabantur*."

* *ann.* legit Ernestius in Glossario: cf. xxxi. 2. 3.; ac mallem etiam xxxiii. 48. 4. "*an*nunciaret."

— 14. 10. "armis expediendis quod reliquum* consumunt."

* Fort. *armis expediendis*, diei *quod reliquum*, corporibusque curandis *consumunt.* Cf. xxv. 38. 23., "*reliquum diei* expediendis armis *et curatione corporum* consumptum."

— 15. 7. "Quibus* quum . . concurrissent,—."

* Fort. *Quibuscum quum.*—Cf. viii. 8. 15., xxii. 47. 1.

— 19. 9. "caedesque promiscue omnium circa* portam primo, deinde . . etiam in urbe—."

* Fort. *extra.*

— 20. 14. "Quare* diebus . . absumptis."

* Meus *sicque:* vide *Obss. in Frontin.* p. 6.

— 26. 2. "quum ad se quoque venire* praescisset."

* Fort. *venire percussores.*

— 32. 6. "tuto* in Hexapylo agmen receptum est."

* Fort. *intimo.*

— — 8. "praetorumque* . . omnes interficiuntur."

* Al. *praetoresque.* Fort. *praetores praetoriique.*

— 34. 5. "quorum telum inhabile ad remittendum inperitis* est."

* Scribe *inprimis.*

— 45. 13. "ut irae magis, quam avaritiae, datum* crederent homines."

* Fort. *datum locum.* Etsi mallet quis *plus irae, quam avaritiae, datum.*

— — — "crudelitati* quoque gravitatem addidit."

* — * Scribe *crudelitatem quoque gratuitam addidit,* sicut jam emendavi *Hannibalis Defensi* p. 30. ed. 3.

— — 14. "satis* cognitis omnibus,—."

* Fort. *et satis.*

xxv. 1. 1. "Sallentinorum ignobiles urbes* ad eum defecerunt."

* Fort. addendum *aliquot:* cf. § 5., "et ignobilia oppida Lucanorum *aliquot* expugnavit."

— 3. 18. "publicani per vacuum* in submoto locum*."

* — * Fort. *per vim submoto populo.* Cf. 4. 2. et 7.

— 8. 12. "ubi . . aegrum* simulabat."

* Fort. *aegrum se.*

— 11. 18. "quo faciliora* plaustra—."

* Fort. *faciliora tractu* vel *lapsu.*

— 13. 9. "nocte Beneventi* moenia* est ingressus."

* Meus *Beneventum.* Scribe:—*profectus nocte, Beneventum mane est ingressus.*

— 14. 11. "supra septem millia capitum*, cum . . adparatu, capta*, et alia ingens praeda fuit,—."

* — * Meus *capta* pro *capitum;* idemque distinguit, *apparatu : capta et alia*—. Recte.

— 15. 2. "non modo arcem*, tanti—."

* Adde *Tarenti.*

— — 10. "ad tegendas insidias obpositis*."

* Fort. *obportune obp.*: cf. xxix. 34. 9., xxviii. 33. 4.

— 16. 1. "Graccho . . sacrificanti* triste prodigium factum est."

* Flor. *sacrificante:* vide nos *CC. SS. in Sallust.* p. 47., Welz. *Emendd. Liv.* p. 27.—34., supra ad xxiii. 45. 8.

— — 4. "fatum inminens moveri*."

* Fort. *submoveri.*

— — 8. "Magonem ibi pedites equitesque armare*, et capere eas latebras, ubi ingentem numerum occuleret*, jubet."

* — * Fort. *pedites, equites quot ad rem satis forent* ... *occulere.* Recte autem, opinor, recentiores in parenthesi accipiunt illa, *et capere . . . numerum,* omissa *ubi* particula: vide *Emendd.* i. 1. Nisi forte pro *ubi* scribi potest *utriusque,* sc. et peditis et equitis.

— — 15. "cum . . turma equitum* e castris profectus."

* Fort. excidit *expeditorum* : cf. § 21.

— 19. 14. "Haud dubia res est*, quippe—."

* Fort. *esse potuit.*

— — — " quippe inter Hannibalem ducem* et centurionem."

* Mallem, si liceret :—*quippe inter ducem veteranum, et Hannibalem ducem, et centurionem;* vide *Emendd.* ii. 18. et 20.; adde xxvi. 22. 9.

xxvi. 2. 11. " nec impetum modo Poenorum* —."

* Malles *nec imp. m. primum P.*; frustra: cf. Caes. *de B. C.* iii. 51. 2.

— — 14. " quod ex acie fugerit, in* Siciliam deportatum, ne —."

* Fort. *ita in S.*; i. e. ea conditione: Hand. III. 472. 11.

— 3. 2. "ut Varronem . . , ut multos* alios imperatores."

* Non satisfacere videtur unus ex multis. Et suspicor lacunam esse.

— 5. 17. " arcere impetum ejus* viri."

Fort. *unius.*

— 10. 3. " ipse . . . a* porta Collina usque ad . . . est progressus."

* Fort. *via portae Collinae.*

— 11. 7. quae circa forum Romanum tunc* essent."

* Revoco conjecturam in Tertiis propositam. Male autem edd. recc. etiam omittunt *tunc;* qua particula significat Livius, quae Hannibalis tempore circa forum argentariae fuissent, eas postea arsisse: cf. 27. 2.

— 13. 5. "in qua fortuna a* populo Romano defecerimus."

* Fort. *populi Romani.* Cf. Sallust. *Jug.* 14. 5.

— 14. 6. "quae adversus castra* Romana erat."

* At undique, opinor, erant castra Romana.

— 25. 15. "Jamphorina* per deditionem reccpta."

* Recte meus *Jam* pro particula habet.

— 31. 10. "Ea vos rata habeatis*, . . . , nae magis reip. interest, quam mea."

* Scribe *Ea ut vos* — : cf. Sueton. *Jul.* 86., "non tam sua quam reip. *interesse, uti* salvus esset."

— 40. 2. "tenebaturque a* Karthaginiensium valido praesidio."

* Aut tollenda praep. (cf. 46. 8.), censeo, aut scr. *a Carthaginiensibus.*

— 41. 23. "terras . . . saepe a* vobis preragratas."

* Fort. omittenda praep. et tertius agnoscendus casus: cf. xxi. 34. 9., "*Hannibali.*"

xxvii. 1. 11. "a tergo tumultus*, simul a castris—."

* Fort. *tumultus simul, simul* — .

— 5. 1. "M. Valerius consul* literis excitus."

* Fort. *consul* [tum praetoris tum consulis] *l. exc.*

— 13. 9. "postero die* omnes . . adessent."

* Miror non additum *prima luce:* cf. 24. 5., 42. 14. Nisi malis *ad diluculum adessent.*

— — 10. "Ita concio dimissa fatentium*, jure ac merito sese increpitos."

* Al. *fatendo.* Fort. *fatentium, optimo jure —.*

— — — "Postero die ornati* armatique* ad edictum* aderant."

* — * Fuerat edictum, "ut ... *armati* adessent." Nunc pleniore formula traditur, obedientes edicto fuisse. Quod contra fieri oportebat. Sed variatur in nonnullis ordo, *armati ornatique.* Ac mallem, omissis his, *Postero die omnes ad edictum aderant.*

— 16. 1. "majore impetu, quam perseverantia*."

* Non statim in commisso proelio cernitur perseverantia. Potius:—*Proelium majore impetu commissum est, quam perseveratum in eo est.* Cf. tamen xxviii. 6. 6.

— 21. 2. "ut . . . habeat, diutius* , . . vixerit."

* Fort. *ac diutius.*

— 25. 11. "magnam famam attulisse Fabio Tarentum*."

* Adde *captum.*

— 28. 5. "quum literae ab Hannibale* adlatae sunt, Marcelli nomine compositae*."

* Male interpolatus locus. Nam et illud *ab Hannibale* sensum corrumpere videtur, nec credibile est, voces *Marcelli nomine compositae* post tantulum intervallum iteratas a Livio esse profectas. Igitur ejectis insititiis sic purgatus stabit locus:—*quum literae adlatae sunt Marcelli;* i. e. literae Marcellum scriptorem prae se ferentes : cf. 16. 14.,

"cum *literis principum;*" quae literae non minus fictae erant quam istae, quae in nostra lectione dicuntur Marcelli.

— 31. 1. "quam inter belli tempora*."

* Fort. *q. b. t.* postularent. Cf. 34. 2.

— 34. 5. "praeferens . . . insignem* memoriam —."

* Fort. *insignitam.* Etsi mallem *inustam;* vide Gronov. ad ix. 3. 13.

— 40. 9. "meritum certe, etsi* non honestum."

* Fort. *si.*

— 42. 5. "minorque caedes fuit, quia . . .: tamen supra octo* millia hominum occisa."

* Incredibilis numerus. Nec majorem caedem supra 14. 13. in obstructa porta castrorum tradidit. Fort. *duo.*

— 43. 11. "occupare se . . . urbem Punicumque in ea praesidium* velle."

* Fort. *opprimere praesidium:* cf. 1. 2.

— 44. 2. *Castra prope Hannibalem hostem* relicta sine duce.*"

* Mallem *prope hostem et Hannibalem hostem.* Vide ad xxv. 19. 14.

— — 4. "cum sex* millibus armatorum."

* Immo septem, si velis equitum rationem habere. Sed oratoris est pro re sua modo augere, modo minuere.

— 45. 11. "vix*, quod satis . . . esset, quieti dare."

* Ne vix quidem: quippe infra 46. 7. legimus etiam

vigiliis fessos. Deinde aegre potest *temporis* abesse :— *quod satis* ... temporis *esset*. Cf. tamen xxi. 4. 7. Fort. *diem ac noctem ire ; neutrius, quod satis ... esset, quieti dare ;* i. e. nec diei nec noctis, quod satis —.

— 46. 9. "*redireque* in Apuliam.*"

* Fort. addendum *ipsum*.

— — 11. " dum neque illi sciant cum paucioribus*, nec hi cum pluribus et validioribus rem esse."

* Fort. *cum paucioribus et infirmioribus*. Etsi de aequabilitate membrorum non nimis consectanda, vide *CC. SS. in Sallust.* p. 5.

— 48. 17. " sitisque et calor hiantes caedendos capiendosque adfatim* praebebat."

* Scribe *ad satiem :* cf. 49. 8., "caedisque ceperat *satietas*, ut —." Idem restituo Frontino *Obss.* p. 18.

— 51. 12. " agnoscere se fortunam* Karthaginis."

* Fort. *vortentem fortunam :* cf. ix. 17. 6., xxix. 3. 10, 11. Nam haud scio equidem, quanam praecipua sua fuisset Carthago usa fortuna.

xxviii. 3. 15. " oppidanorum quoque* trecenti* ferme, qui —."

* Omittunt codd. multi *quoque trecenti ;* et major est numerus quam pro re. Quibus omissis intellige :—oppidanorum ii ferme, qui —.

— — 6. 6. " nec pertinaciter proelio inito*."

* Non est pertinaciae inire quidem proelium. Al. *iterato :* fort. *iterum inito*. Cf. tamen xxvii. 16. 16.

— 9. 12. "*illum equitem** aiebant *sex dierum spatio transcurrisse longitudinem Italiae.*"

* Fort. *illum noctium quinque*, aiebant, *sex dierum spatio*. Sic noctes et dies separatim enumerat xxii. 2. 7., "per *quatriduum* et *tres noctes;* adde Caes. *de B. C.* ii. 23. 1.

— 13. 8. "arma çapere jussi plures et integri fessis*, —."

* Fort. *et integri* succedere *fessis*. Cf. ix. 32. 8.

— 14. 6. "ubi haec obstinate credita* animadvertit."

* Al. *credi:* fort. *credi ita.*

— 15. 11. "quosdam etiam religio ceperit*."

* Meus *ceperat*. Vide *Emendd.* i. 39., ii. 14.

— 19. 12. "ante ora captarum* conjugum liberorumque."

* Levius esse videtur *captarum*. Fort. *constupratarum:* cf. xxix. 17. 15., "*constuprant* matronas, virgines, ingenuos."

— 23. 4. "urguente ingenti* turba.

* Fort. *insequentium:* ct. 22. 14.

— 27. 7. "Invitus ea, tamquam vulnera, adtingo. sed* nisi tacta tractataque* sanari non possunt."

* — * Fort. *vulnera sed —*. Nimirum excidere potuit *vulnera*, qaum librarius transponere id vellet et suo praeterisset loco. Sic bis postposuit particulam Horatius, *Od.* iv. 4. 33. et *Epistt.* ii. 1. 89.; nec magis ille versui accommodate, quam aucta cum praemissi nominis vi. Deinde pro *tractataque* scribe *attrectataque*, sive malis utique *attract —*.

— — 11. *sed multitudo* omnis, sicut natura maris, per se inmobilis est, venti et aurae cient; ita aut* tranquillum aut* procellae in vobis sunt: et caussa atque origo omnis furoris* penes auctores est; vos contagione insanistis.*

* — * — * Impeditus locus, in quo suspicor anacoluthon agnoscendum esse nominativi pendentis, *multitudo*, cui verbum nullum respondeat. Deinde in illis "ita *aut* tranquillum *aut* procellae in vobis sunt," jam *Emendd.* i. 28. suspicionem prodidi, bis scribendum esse *haud* pro *aut* (adde Handii exemplis Sil. Ital. xi. 79.). Pro *furoris* autem habet Codex meus *foris;* nec male possit hoc post illud addi.

— 32. 9. "et quantumcumque* Punicum praesidium esse."

* Malles:—*et quantumcumque, Punicum tamen, praesidium esse.* Cf. xxvii. 31. 3.

— 33. 8. "angusta*, sicut ante dictum est, vallis."

* Fortasse significatum est istud; sed dictum non est: vide ad Cic. *Cat. M.* 14. 48. n. 4., 15. 53. n. 18.

— 35. 6. "non cultus munditiis*."

* Fort. *muliebribus munditiis:* cf. Sallust. *Jug.* 85. 40.

— 37. 3, 4. "inde . . . (Poeni . . incolebant) trajecit: itaque* —."

* Mirum accidit videre particulam ad parenthesin referri. Fort. *ibique.* Etsi cf. 42. 6., "Cetera (*neque ea elevo*) nullo *tamen* modo ... comparanda."

— 40. 10. "quum . . . in cursu maximarum* rerum essem."

* At ego istas maximas res vix videor novisse; et credideram potius nihil agendo esse Fabium gloriam adeptum. Fort. *et in cursu quum maxime rerum essem.* Vid. Hand. III. 599. 20.

— 41. 10. "Hannibale hic victo*, illic Karthaginem expugna."

* Fort. *Hannibalem hic vincito* vel *vince tu.*

—46. 5. " quantae* pecuniae ager indicatus esset."

* Fort. *quantaequantae.*

xxix. 1. 1. "Scipio . . . voluntarios milites ordinavit centuriavitque: ex iis* trecentos juvenes, florentes aetate et virium robore, inermes* circa se habebat."

* — * Fort. *extra trecentos, quos juvenes* —: cf. xxvi. 34. 3., "ipsos liberosque eorum et conjuges vendendas, *extra* filias, quae —." Deinde pro *inermes* codd. multi (etiam meus) *insignes:* at recte, opinor, duo utrumque perscribunt, *florentes aetate et virium robore insignes, inermes circa se habebat:* cf. xxx. 12. 17., "Forma erat *insignis* et *florentissima* aetas."

— 17. 4. "*ut coram P. Scipione, qui Locros recepit, omnium nobis . . factorum testis*, agatur.*"

* Meus *ut coram proconsule Scipione, qui Locros recepit, quique omnium nobis . . factorum est testis, agatur*; qui frustra attractionem optimam tollit.

— 21. 13. "ut ea quoque, quae . . ., comperta* oculis perferrent Romam."

* Nempe *vera essent necne.* Et possunt haec ipsa ante *venientibus* excidisse.

— 27. 8. "jam* in portu fore omnem classem."

* Fort. *jamjam.*

— 28. 8. "nec magis ducem duci parem, quam tumultuarium exercitum suum Romano* exercitui esse."

* Fort. *Romano veterano.*

— 33. 10. "quippe illa regnantis* multitudo, haec paucitas exsulis fortunae conveniens* est*."

* — * Meus *regnanti ... convenit.*

— 36. 7. "quum consuli duplicatae vires, Poeno recens victoria animo* esset*."

* Meus *animos faceret.* Fort. *animos erigeret:* cf. xxiii. 45. 5. Nisi tamen per prolepsin quamdam scribi potuit *animoso esset.*

xxx. 4. 5. "*Proinde, seu ipsi staret jam sententia**, *seu consulendus Hasdrubal et Carthaginienses essent, consuleret.*"

* Suspicor lacunam esse:—*seu ipsi staret j. s.*, [ipse sua staret sententia,] *seu consulendus ... consuleret.*

— — 8. "quibusdam . . . per occasionem* adjectis."

* Fort. *accessionem.*

— 6. 2. "et clamor . . . sensum veri* adimebat."

* Meus *militum*: fort. *aurium.*

— — 5. "flamma . . sparsa* pluribus locis reluxit."

* Fort. *per se.*

— 8. 6. "Numidicis* adversus Italicum equitatum . . . locatis."

* Fort *Numidicis equis:* vide *Emendd.* ii. 11.

— — — "Celtiberos in mediam aciem in* adversa signa legionum accepere."

* Mallem *adversis signis.*

— 10. 19. "lacerati quidem* omnes pontes*."

* Fort. *ad unum.*

— 13. 10. "*exitum* sui furoris fuisse, non principium.*"

* Scribe *exitum istum.* Meus *exitum* (sui) *furoris eum fuisse.*

— 19. 11. "ut aut impudenter ficta* sit, aut negligenter praetermissa*."

* Fort. *ficta sit* ab ipso, *aut negl.* ceteris *praetermissa.*

— 20. 2. "qui, vetando* supplementum et pecuniam mitti, jampridem retrahebant*."

* — * Meus *vetant* ... *retrahunt;* posterius hoc quidem optime. Nam cf. praesentis temporis verborum cum praeteriti temporis particulis exempla:—v. 54. 5., "*tam diu;*" xxxix., 28. 1., xl. 9. 8., *jam diu;* xxxii. 33. 10., "*jamdudum.*" In priore autem membro ita probo id, quod Codex offert, *vetant,* si *dum* addatur; de qua particula postposita

vide *CC. SS. in Sallust.* p. 22.; addi possunt multa Silii Italici loca. Et poterat, arbitror, *vitantdū* conjectura librarii in *vitando* abire.

— 23. 4. "et nemo omnium verius existimare posset, . . ., quam is*, qui —."

* Mire codd. *eum*. Fort. *em*inentissimus ille vir; ut exciderit versiculus, deinde *em* pro *eum* fuerit acceptum. Nihil autem magis verisimile, quam Metellum esse tali aliquo epitheto Scipionem prosecutum.

— 29. 7. "legatum* cum aliis decem legatis . . . venisse."

* Excidisse videtur proprium nomen legati.

— 35. 5. "confessione etiam Scipionis omniumque peritorum militiae illam* laudem adeptus, —."

* Codd. multi *omnem illam*. Scribe *peritorum militiae hominum*.

— 36. 8. "pars exercitus . . . Saturnalibus* primis* agmen adgressa, —."

* Fort. *sauciis et invalidis praemissis*.

— 44. 5. "cujus quum Hasdrubal Haedus risum increparet* in publico fletu, —."

* Suspicari licet excidisse *intempestivum*: quam vocem ex ore Hasdrubalis exceptam in ipsum retorquere videri potest Hannibal:—"qui tamen nequaquam adeo est *intempestivus*, quam vestrae istae ... lacrimae sunt."

xxxiii. 45. 7. "Ut feras quasdam numquam mitescere, sic inmitem*, inplacabilem ejus viri animum esse."

* Fort. *inimicum.* Vide *CC. SS. in Sallust.* p. 44.

— . . . 48. 1. "nocte via* cita* regionem . . . transgressus."

* Fort. *incitate.*

— — 2. "saepius* patriae . . . miseratus."

* Scribe *impensius.*

— — 4. "ne qua . . profecta . . . Achollam nunciaret*."

* Fort. *ann.:* vide ad xxiv. 10. 6.

— — 8. "id quod serum* erat."

* Fort. *id quod* futurum vid*erat,* vel *i., quod* ut fieret, operam ded*erat.* Nimirum poterat primum lacuna fieri, *id quod erat;* deinde conjectura addi *serum.*

— — — "remis* in naves conlocandis et aptandis armamentis."

* Scribe *remissis.* (Et revoco conjecturam, quae aliud agenti mihi excidit *Emendd.* iii. 16.)

— — 11. "alii . . . interfectum, idque magis*, ferebant."

* Fort. *interfectum* (*idque magis* credebatur) *ferebant.*

xxxv. 19. 6. "*inter primos amicos* Hannibalem habeto.*"

* MS. Modii *amicos hos.* Fort. lacuna est:—*inter primos amicos tuos,* [Romanorum autem inter infestissimos hostes] *Hannibalem habeto.*

— — — "si qua res te* ad pacem compellet, in id consilium* alium, cum* quo deliberes, quaerito."

* — * — * Mallem :—*si qua te res ad p. comp., in id consilii alium, quo cum —.*

xxxvi. 7. 13. "*Ille quidem ferae bestiae vinctae aut clausae, et refringere claustra* cupienti . . . aequabat.*"

* Fort. lacuna est:—*refringere claustra* [aut rumpere vincula] *cupienti.*

— — 17. "sicut ad belli munera pauci* sumus."

* Fort. *paucissumi.*

INDEX.

E